



**R. P. Georgii De Rhodes Avenionensis, È Societate Iesv,
Philosophia Peripatetica, Ad Veram Aristotelis Mentem**

Rhodes, Georges de

Lvgdvni, 1671

Liber IV. Prima Philosophia, seu Metaphysicæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95638](#)

PHILOSOPHIÆ PERIPATETICÆ
LIBER QVARTVS:
PRIMA PHILOSOPHIA,
SEV METAPHYSICA.

Ad libros Aristotelis Metaphysicos.

P R O L O G V S.

DEI PHILOSOPHIE

Ac est, ut præmisi, scientiarum omnium naturalium princeps, Philosophia totius anima & corona, humanæ mentis pabulum longè iucondissimum, quæ cùm Dialecticis, Physiologicis, Ethicisque contemplationibus lœta sibi possit videri: in Metaphysicis sanè cognitionibus tanquam in felicitate ultima naturali, beata omnino & quieta est. Ideo Philosophus quatuordecim Metaphysicæ sue libros his verbis exorsus est: *Omnis homo naturaliter sine desiderio*. Tanquam explicare aggrediatur ea, in quorum inquisitione labore non natura voluit, in possessione autem suauissime conquiescere.

Illam ergo scientiam tam remotam à sensibus, tam necessariam, tam obscuram ut explanem clarissime, quatuor disputationibus omnia complector, quæ desiderari possunt in ea. Prima erit veluti proemialis, de proprio charactere tum scientia in genere, tum huius scientiæ. Secunda de quidditate ac proprio concepitu entis & essentiæ realis. Tertia de proprietatibus universalissimis ac transcendentalibus ipsius entis realis, vinitate, veritate, bonitate. Quarta de variis entis diuisionibus, præsertim vero de celeberrima diuisione in decem categorias. Quæ omnia, ut patet, ut sunt abstractissima, & à commercio sensuum sciuncta, sic difficultima sunt, & homine Philosopho dignissima.

D I S P U T A T I O I. A Eius ergo proprium ut exhibeam characterem, primum explicò naturam & proprietates scientiæ generatiæ; secundò naturam & proprietates scientiæ Metaphysicæ.

Nomina
Metaphy-
sicæ.

QVATOR apud Philosophum inuenio scientiæ istius nomina. Primo enim appellat eam sapientiam, 1. *Metaphysica*, cap. 2, eo quod de primis rerum causis, & de supremis, nobilissimis, difficillimisque rebus disputat. Secundò vocat eam absolutę Philosophiam, 4. *Metaphysica*, textu 5. & primam Philosophiam, 6. *Metaphysica*, textu 3, quia excellentissima est pars Philosophiæ & ad alias omnes partes adeo necessaria, ut tota quodammodo videi possit Philosophia. Tertiò *edem lib. 6.* vocatur Theologia naturalis, eo quod agat de Deo. Quartò denique Metaphysicam nuncupat, libros quatuordecim inscribens de iis quæ sunt post, vel potius ultra & supra Physicam; quia posteriori inuenta est quam Physica, & longè illam superat, transcenditque, altius assurgens, dum abstractas ab omni materia rerum cognoscit proprietates.

Q V Ä S T I O I.
**D e natura & proprietatibus scientiæ
in genere.**

Non possum commodius vestibulum statuere, per quod in Philosophiam introducere licet amatorem eius, quām scientiam ipsam generatiæ sumptuosa delineando, & iustissimis proponendo descriptam proprietatibus: quod ut exequar, primum dicendum est de obiecto scientiæ in genere: secundò de proprio actu scientiæ: tertio de illius habitu, tum absolutè, ut est in se; tum respectu, prout comparatur cum aliis habitibus intellectus.

S E C T I O I.

De obiecto scientiæ generatiæ.

EX obiecto potissimum statui debet de quidditate cuiuslibet habitus. De hoc ergo tria scimus

Quæst. I. Sect. I. de Obiecto scientiæ. 607

digna sunt, ut cognosci possit quidditas scientiæ. Primiō quid, ex quotuplex sit obiectum cuiuslibet scientiæ: secundò quale illud sit, & vnde dignoscendi possit: tertio an & quomodo per illud specificetur qualibet scientia.

§. I.

Quid & quotuplex sit obiectum scientiæ.

Obiectum
quid sit.

Certum est primiō, obiectum scientiæ cuiuslibet appellari id circa quod occupatur scientia per suos actus. Ratio est, quia obiectum scientiæ id est appellatur, quia obiectum scientiæ: sed id circa quod scientia occupatur per suos actus, obiectum scientiæ, ut se in illo exercet; est enim id quod scitur: ergo illud dicitur obiectum scientiæ circa quod occupatur scientia per suos actus; id est id quod per illam scitur. Obiectum scientiæ Physicæ v. g. corpus est naturale, quia per Physicam scitur: actus videlicet omnes eliciti à Physica occupantur circa corpus naturale, sicut actus omnes Medicinæ occupantur circa corpus sanabile.

Quotuplex
obiectum.

Certum est secundiō, duplex esse obiectum cuiuslibet scientiæ, aliud materiale, aliud formale. Materiale res ipsa est, qua consideratur per aliquam scientiam: formale est ratio secundum quam consideratur. Vel etiam materiale illud est, quod attingit propter aliud, non propter se primiō: formale quod attingit propter se ipsum, & alia propter ipsum; sicut in oculo corpus est obiectum materiale, color obiectum formale, quia corpus videtur propter colorem, qui propterea est obiectum formale. Ratio est, quia sicut in corpore, quod constat materia & formâ, illa est pars materialis, qua communis potest esse pluribus, & est indifferens ad corpora specie diuersa; pars formalis illa, qua ipsam determinat ad certam speciem corporis: ita in obiecto illa est pars materialis, qua indifferens est ad diuersas scientias, ad quas potest pertinere; pars autem formalis ea est, qua illam determinat ad unam certam scientiam. Vnde argumentor. Pars determinabilis obiecti est pars materialis; determinativa est pars formalis: sed id quod cognoscitur propter aliud, est pars determinabilis; quod autem cognoscitur propter se primiō, est pars determinativa: ergo quod cognoscitur propter aliud est pars materialis, quod cognoscitur propter se, est pars formalis. Cognoscibilitas obiecti est verum obiectum formale, quia licet non cognoscatur ut *quod*, cognoscitur tamen *ut quo*, cum sit ratio ipsa cognoscendi.

Triplex ob-
iectum for-
male.

Rufus autem obiectum formale triplex in obiectum scientiæ qualibet distingui solet; ratio formalis *qua*, ratio formalis *qua*, & ratio formalis *sub qua*. Ratio formalis *qua*, vocatur ratio cognita, & obiectum terminativum, estque id ex obiecto materiali, quod cognoscitur, seu prædicatum conclusionis demonstratiæ. Ratio formalis *qua*, vel ut loquuntur alii, *propter quan*, vocatur ratio motiva, estque motuum potentiam determinans ad talen speciem assensus, seu cognoscibilitas obiecti, vel medius terminus. Ratio formalis *sub qua*, est conditio aliqua requisita ex parte obiecti, sine qua non potest terminare actum potentia vel habitus; & illa est in scientiis triplex abstractio, vt constituit ex sequentibus.

Obiectum
adæquatum
& attribu-
tionis.

Certum est tertioō, obiectum scientiæ aliud esse adæquatum, aliud inadæquatum. Adæquatum illud est, quod continet omnia, qua in tali sci-

tia tractantur. Id est illud, quod in tota scientia sic consideratur, ut quæcumque in ea per se tractantur, sint vel partes, vel causæ, vel attributa illius, vel certè dicant ad illud habitudinem. Vnde illud etiam vocatur obiectum attributionis, ad quod scilicet ita renocantur omnia, qua in aliqua scientia traduntur, ut non considerentur, nisi quia ad illud renocantur. Vnde ad huiusmodi obiectum duo requiruntur: primiō ut eius cognitio primiō & per se intendatur, & non ad manifestationem alterius obiecti: secundò ut quæcumque tractantur in tali habitu, dicant habitudinem aliquam ad tale obiectum: eo modo Deus est obiectum attributionis Theologiae, & obiectum eius adæquatum; non enim differunt duo hæc obiecta, quidquid in oppositum dicant quidam Recentiores: obiectum videlicet adæquatum est illud, quod totam scientiam adæquat, seu quod non excedit à scientia: sed illud obiectum in ordine ad quod omnia sic tractantur, ut non tractentur nisi per ordinem quem ad illud dicunt, adæquat scientiam, & est obiectum attributionis: ergo illud est obiectum adæquatum. Aliquando tamen obiectum attributionis vocatur illud, quod est prestantius, & cuius cognitio præcipue intenditur; soletque vocari obiectum primarium, seu principalitatis; quia est nobilissima pars obiecti adæquati, à quo etiam differt; sic enim Deus est obiectum attributionis Metaphysicæ, & homo est obiectum Physicæ. Differt igitur obiectum adæquatum ab obiecto primario, quod omnia quæ tractantur in scientia, dicunt ordinem ad obiectum adæquatum, neque tractentur nisi quatenus dicunt talen ordinem. Ad obiectum autem primarium, quanvis aliquem dicant ordinem, considerentur tamen sine ordine ad illud. Physica instantia. tractat de priuatione, quæ nec est pars, nec causa, nec proprietas corporis naturalis: & Metaphysica tractat de ente rationis, quod etiam non est pars aut proprietas entis realis, quod est obiectum adæquatum Metaphysicæ: sed ea quæ tractantur per se, dicunt talen ordinem ad obiectum adæquatum; quæ vero tractantur solum per accidens, non dicunt talen ordinem, ita ut sint partes, aut causa, aut proprietates obiecti adæquati; sed aliquam solum dicunt habitudinem. Prinatio v. g. principium est generationis substantialis, & ens rationis oppositionem habet cum epte reali.

§. II.

*Quale sit obiectum adæquatum scientiæ, &
quomodo illud dignoscatur.*

Dixi vniuersim, quid & quotuplex sit obiectum cuiuslibet scientiæ, nunc queri pressius debet, quid esse debeat in obiecto, seu quales conditiones habere debeat obiectum, ut de illo habeatur scientia, qua definitur. *Cognitio certa & evidens rei aliqui per medium necessario connexum.* Queritur, inquam, cuiusmodi esse illa res debebat, ut haberet de illa possit cognitio illa certa & evidens: dicitur enim communiter, illam esse debere realem, per se, vniuersalem, æternam & incorruptibilem.

Ratio tamen dubitandi esse primiō potest, quia de non ente certa & evidenter multa cognosci dubitatio possunt, v. g. quod non sit causa entis positivæ, quod proprietates non habet reales, quod non sit cognoscibile nisi secundariæ, quod non sit existens: imo in Logica & Metaphysica multa dis-

E E e 4 putantur

608 Philosophiæ Peripat. Lib.IV. Disp.I.

putantur de ente rationis : ergo obiectum scientie non est necessariò ens reale.

Secundò de ente quoque per accidens datur scientia ; nam politica scientia est, eius obiectum est Res publica , qua verum est ens per accidens: similiter numerus est ens per accidens, de quo datur scientia Arithmetica. Denique ens per accidens habet veras proprietates, vt quod conseretur ex multis essentiis : ergo illud sciri potest.

Tertiò de singularibus multa posunt demonstrari; nam de Petro demonstrati potest rationalitas, quia est risibilis, & contrà. Deinde singularitas non minus habet proprietates reales quam natura specifica; est enim incommunicabilis v.g. ergo non est minus scibilis quam natura specifica. Denique cognitione intuitiva est vera scientia, & tamen illa est de singularibus.

Quartò de rebus corruptibilibus datur scientia; physica enim tota est de corporibus corruptibilibus.

Quintò illud obiectum debet esse aliquo modo vnum: sed nulla scientia est qua non habeat plura obiecta, etiam formalia; physica enim versatur circa plura corpora, & plures naturas; logica circa plures operationes mentis, & plures eorum rectitudines: ergo frustra cuilibet scientiarum assignatur obiectum adæquatum.

Dico primò, cuiuslibet scientie perfecta obiectum adæquatum esse necessariò reale, ens per se, vniuersale, incorruptibile, ac æternum, & aliquo modo vnum.

Est reale.

Primò enim quod nulla dari possit perfecta scientia de non ente rationis, ostenditur 4. & 11. *Metaphys. cap. i.* Ratio est, quia perfecta scientia obiectum habere debet causas & proprietates reales; perfecta enim scientia rem cognoscit per causam: non ens, & ens rationis nullas habent causas necessarias aut proprietates reales: ergo de illis perfecta non habetur scientia. Deinde sicut intelligibilitas est proprietatis entis realis; ita & scibilitas. Ad summum ergo de ente rationis datur scientia quedam imperfecta, & secundaria per reductionem ad ens reale; quia scientia significat cognitionem evidenter discursuam; sic enim de ente rationis multa considerantur in Metaphysica; scitur etiam quod non sit existens à parte rei, quod non habeat reales proprietates.

Est ens per se.

Secundò quod huiusmodi obiectum sit ens per se, ita ut de ente per accidens propriè dicto, seu quod nullam habet vnitatem ordinis, sed partes tantum fortuitò aggregatas, non detur illa scientia, Philosophi omnes asserunt, quia ens huiusmodi non habet ullam reales proprietates necessarias; cum enim ens per accidens illud sit, quod plures habet essentias completas, tripliciter potest considerari. Primo reduplicatiè prout est ens per accidens: secundò prout habet plures essentias cum quadam vnitate ordinis, vt Res publica, quæ dirigitur ad communum humanæ societatis: tertio prout habet plures essentias fortuitò aggregatas. De ente per accidens in prima & secunda acceptione dari sine dubio potest scientia; nam Politica & Arithmetica scientias sunt: illa de Republica, ista de numeris. In tercia vero acceptione patet quod nihil certò sciri possit de illo, cum certum in eo & necessarium nihil omnino sit.

Vniuersale. Tertiò de singulari pure creato scientia etiam dari nequit, ut afferit Philosophus, quia ens planè contingens, quod non habet proprietates ullam necessarias, non potest sciri: singulare ut sic, huiusmodi est; habet enim tantum proprietates

A communes & specificas: ergo non potest sciri nisi secundum proprietates illas communes.

Quartò, quod obiectum scientie sit æternum & incorruptibile, id est invariabile secundum prædicata essentialia, non quod existentiam actualem, traditur lib. 1. posteriorum, cap. 7. & lib. 6. Ethic. cap. 3. quia si obiectum scientie non sit invariabile, scientia non erit certa & infallibilis, vnde dicitur scientiam esse de obiecto quod non potest aliter se habere.

Quintò denique obiectum illud, tametsi materialiter sit multiplex, vnum tamen quodammodo est per ordinem ad vnum obiectum formale. Cognoscitur autem unicum illud obiectum formale, si consideratur id in quo conuenient omnes conclusiones illius scientie; obiectum enim v.g. formale Physica, illa est ratio, in qua conuenient conclusiones physicæ; est autem naturalitas: quemadmodum obiectum potentie visus illud est, in quo conuenient omnes visiones; & est visibile. Ratio est, quia illud est obiectum formale scientia, propter quod omnes conclusiones pertinent ad talem scientiam: sed in quo conuenient omnes conclusiones, & in quo connectuntur, est id propter quod illa pertinent ad talem scientiam: ergo illud est obiectum formale scientie.

Neque alia est mens eorum qui dicunt, obiectum formale adæquatum certissime cognosci, si versetur circa illud actus immediatus illius scientie. Vocant autem actum immediatum cuiuslibet potentie vel habitus, cum qui primò & per se elicitor à tali potentia, vel habitu: vt visus est actus immediatus potentie visus, quia primò & per se elicitor à tali potentia, non autem propter aliud; visus autem albi non est actus immediatus, quia illam non elicere nisi esset visus. Verum si queratur quodnam sit obiectum actus immediatus, dicitur esse id in quo conuenient omnes actus illius potentie vel scientie, & quo velut vinculo connectuntur. Rectè igitur dictum est illud esse obiectum scientie, in quo conuenient omnes conclusiones illius scientie.

Ad primam respondeo, non ostendo eo argumento quod de non ente habeatur scientia nisi admodum imperfecta; perfectam autem scientiam dici, quæ cognitione est rei per causam necessariam, & necessariò coniunctam; aliam non probari.

Ad secundam respondeo satis dictum esse quod de ente per accidens sumpto formaliter, & de illo quod vnitatem habet ordinis, datur scientia; hoc enim duntaxat probatur in arguento proposito. De illo autem ente per accidens, quod aggregatum est fortuitò, certum est non dari scientiam.

Ad tertiam dictum est, quod de singulari ut sic non darur scientia, sed tantum secundum rationes communes: rationalitas & singularitas sunt rationes communes, vt pater. Cum autem dicta scientiam de singularibus non dari, loquuntur summae scientiae discursuam, in qua vnum cognoscitur per aliud; non sum loquutus de scientia inveniencia, quæ cognoscitur aliquid in seipso; illa enim dari haud dubiè potest de singularibus.

Ad quartam respondeo, scientiam esse posse de obiectis variabilibus secundum existentiam, modò illæ sint invariabiles & necessarie secundum prædicata essentialia; quia propositiones de illis semper sunt verae. Corpora quæ sunt obiectum Physicæ, sunt variabilia hoc postero modo.

Ad

Quæst. I. Sect. I. de Obiecto scientiæ. 609

Ad quintam constat ex ultima parte conclusio-
nis, quomodo quodlibet obiectum scientiæ sit
vnum unitate saltem aliqua ordinis; nam licet il-
la obiecta sint varia, conuenient tamen omnia in
aliqua ratione formalis sub qua, & propter quam
terminant omnes actus proprios illius scientiæ.

§. III.

An, & quomodo scientia specificentur à
suis obiectis.

Specificari dicitur potentia vel scientia, quan-
do eius essentia & propria ratio specifica sumi-
tur per ordinem ad illud à quo dicitur specificari:
v. g. potentia visuæ dicitur specificari ab eo per
quod constituitur in tali specie, & per quod dis-
tinguitur ab omni alia potentia. Idem queritur
etiam de scientiis, quid sit illud per quod consti-
tuuntur, & per quod in uesti distinguntur; nam
constituere aliquius rei essentiam, & distinguere
illam ab omni alio, est illam specificare.

Ratio ergo dubitandi est primæ, quia illud quod
specificat aliud, debet esse illi maximè intrinsecum;
nihil enim est magis intrinsecum rei, quam
eius essentia: sed obiecta sunt extrinseca scientiis:
ergo non specificant scientias.

Secundò id quod specificat unam scientiam, &
illam distinguit ab alia scientia, non debet attingi
per aliam scientiam: sed diuersæ scientiæ sepe at-
tingunt eadem obiecta, & materialia, & forma-
lia; nam Metaphysica v. g. attingit obiecta om-
nium aliarum scientiarum, cum attingat omnem
rationem entis. Attingit etiam Deum & Angelos,
quos attingit Theologia. Da enim specialem ali-
quam rationem sub qua, vel propter quam Meta-
physica Deum consideret, quam non consideret
Theologia. Si enim dicatur quod Metaphysica
Deum considerat ut cognoscibilem naturaliter,
quem Theologia considerat ut cognoscibilem ex
lumine fidei. Contrà omnino est, quia Theolo-
gia considerat etiam Deum ut authorem naturæ:
ergo illum considerat ut cognoscibilem naturali-
ter. Deinde Deus ut cognoscibilis supernaturaliter,
est realis aliqua ratio entis: sed nulla est ratio
entis realis, quam non consideret Metaphysica:
ergo Metaphysica Deum considerat ut cognoscibi-
leм supernaturaliter: ergo idem est obiectum
formale utriusque scientiæ.

Tertiò debet sine vitioso circulo explicari quid
sit, & quid significet scibilitas, aut cognoscibili-
tas obiecti; nam illa vel significat obiectum ip-
sum, prout potest sciri aut cognosci; vel obie-
ctum ipsum prout facit scire. In neutra significa-
tione obiectum specificat scientiam, nam obiectum
prout potest sciri, est obiectum prout supponit
scientiam, & illam includit; & sic scientia con-
stitut obiectum scibile, & ab eo constituitur.
Et similiter obiectum prout facit scire, includit
scientiam: ergo semper scientia includit obie-
ctum scibile; & obiectum scibile ut sic, includit
scientiam, que sine dubio est petitio principij,
& cirkulus vitiosus.

Dico secundò nullam esse scientiam, qua spe-
cificetur ab obiecto materiali, vel etiam ab obie-
cto formalis in ratione rei solitariè sumpto; sed
specificari semper ab obiecto formalis tum in ra-
tione rei, tum in ratione obiecti; id est specificari
à ratione formalis obiecti qua, & propter quam;
ita ut id quod ultimè specificat scientiam, sit obie-
ctum prout tali modo est scibile actiuè, seu pro-

A vt facit tali modo. Ita saepe in Theologia proba-
bam contra paucos Recentiores, qui negant spe-
cificationem actuum, habituum & potentiarum
peti ab obiectis, & contendunt eam peti solum à
principiis productiis: quod pluribus argumentis
reprobatum est.

Primò ergo, quod obiecta, tum materialia, tum
formalia non specificent scientias, manifestum pars.
est; quia id quod est commune multis scientiis,
non specificat scientiam: obiectum, tum mate-
rialis, tum formale in ratione rei, seu ratio qua,
potest esse commune multis scientiis; nam hæc
propositio v. g. Terra est rotunda, pertinet ad
Physicum & ad Mathematicum: Deus ut est au-
thor nature, pertinet ad Metaphysicum, & ad
Mathematicum: naturalitas, qua obiectum est
formale Physicæ, cognoscitur etiam à Metaphy-
sica, qua omnem attingit rationem entis realem:
ergo scientia non specificatur per rationem mate-
rialis obiecti, nec per rationem formalem qua,
solitariè sumptam, & seorsim à ratione formalis
propter quam; qua non est aliud quam scibilitas
obiecti.

Secundò enim, quod illa specificet scientiam, Secunda
manifestè probari potest. Cognoscibilitas enim,
& scibilitas obiecti nihil est aliud, quam propor-
tio rei cum potentia, secundum quam cognosci
ab ea potest, seu quam ipsa res, prout connotat
potentiam à qua cognosci & sciri potest; sicut
visibilitas est proportio coloris cum oculo, à quo
potest videri; cum enim potentia vim habeat
cognoscendi, necesse est ut obiectum habeat cum
ea proportionem secundum quam possit cog-
noscere.

Doplex autem est illa cognoscibilitas, alia
activa, alia passiva. Activa, quam alij appellant
causalē & fundamentalē, est ipsum obiectum
prout facit potentiam cognoscere; nam obiectum
est verè causa cognitionis, ad quam producen-
dam concurreat simul cum potentia, vel habitu.
Sicut species impressæ dicuntur intelligibiles &
visibiles, eo quod faciant intelligere ac videre;
similiter enim obiectum dicitur scibile, eo quod
faciat scire; dicitur cognoscibile, eo quod faciat
cognoscere. Cognoscibilitas vero passiva, sive
formalis, denominatio est à potentia, per quam
cognosci potest. Hoc posito dixi, scientiam spe-
cificari ab obiecto ut scibili, seu ab obiecto in ra-
tione talis obiecti; non autem ut res quadam est.

Probatur, quia certum est scientiam specificari Probatio
ab eo à quo specificatur actus: sed actus scientiæ assertionis.
specificatur ab obiecto formalis: ergo ab eo etiam
specificatur scientia. Maior nota est; nam habitus
definitur & denominatur per ipsos actus eodem
modo, quo materia definitur & denominatur per
ordinem ad formam: ergo habitus specificatur ab
ipso actu. Quæro enim, à quo alio habitus imme-
diatè possit specificari? Si dicas specificari à prin-
cipio productivo, certè specificatur per actum qui
est eius principium. Deinde ab eo specificatur, ad
quod transcendentaliter refertur: refertur autem
essentialiter ad actum, sine quo nec intelligi, nec
definiri, nec distingui potest à quolibet alio.

Quod autem actus specificetur ab obiecto for-
malis, probatur; non enim specificatur à prin-
cipio productivo; nam eadem potentia, & idem
habitum producent actus specie diuersos: eadem
Physica demonstrationes habet de cœlo, & de-
monstrations de anima hominis: eadem poten-
tia visuæ videt album & nigrum; visiones autem
illæ specie differunt: ergo illi actus non specifici-
cantur

Prima du-
bitatio.

Secunda.

Tertia.

610 Philosoph. Peripat. Lib. IV. Disp. I.

cantur à principio per quod producuntur. Imò habitus, vt dixi, specificatur per actum: ergo non specificat actum. Deinde certum est aliquos actus specificari ab obiecto: ergo omnes ab eo specificantur; non enim maior est ratio vii, quam alterius. Proba antecedens; nam actus fidei, & actus opinionis ac scientiae, ab eodem producuntur intellectu, à quo non specificantur, neque possunt differre nisi quia fides nimirum auctoritate, opinio medio conjecturali, scientia motiuo certo. Eadem voluntas & sperata & amat eundem Deum. Diversitas spei & amoris peti non potest nisi à motiuis: ergo certum est aliquos actus specificari à motiuis. Deinde actus intellectus & voluntatis differunt specie: non differunt propter principia; nam intellectus & voluntas non differunt ab anima, vt probabo infra. Imò intellectus & voluntas si differunt ab anima, & inter se realiter, emanant ab eadem anima; vnde non possunt ab ea specificari: ergo specificantur per actus & obiecta. Denique species impressæ obiectorum differunt essentialiter inter se per obiecta quæ representant, etiam si illi non producantur; species enim albi & nigri non differunt nisi per ordinem ad diversa obiecta: sed eadem ratio, quæ probat species impressæ differre inter se per obiecta, probat etiam species expressæ, sive actus intellectus & sensuum, imò & actus quolibet differre per obiecta: ergo actus quilibet differunt inter se, & specificantur per obiecta. Sed hæc alibi fusiùs.

Solutio prima difficultatis.

Ad primam distinguitur maior. Id quod specificat aliud, debet esse illi intrinsecum; si specificet per modum formæ inherētis, concedo; si specificet per modum termini, nego. Quando dicitur quod obiectum specificat actum & habitum, significatur quod obiectum est terminus illius ordinis, qui est intrinseca essentia ipsius actus, vel habitus; ordo igitur intrinsecus est, obiectum verò est extrinsecum, quatenus terminat talem ordinem.

Solutio secunda.

Ad secundam respondeo concedendo, quod diversæ scientiae possunt attingere eadem obiecta, etiam formalia materialia, & in ratione rei: sed nego quod possint attingere illa vt obiecta formalia, seu in ratione obiecti: v.g. certum est quod intellectus cognoscit colorem esse visibilem, Deum esse amabilem; quod voluntas amat obiectum vt est verum: sed intellectus non cognoscit colorem visibilem vt visibilem, neque Deum amabilem vt amabilem; cognoscit enim colorem visibilem, & Deum amabilem, & alia omnia prout intelligibilia: voluntas amat obiectum vt est verum sub ratione amabilis. Similiter ergo Metaphysica cognoscit obiecta omnia reliquarum scientiarum sub ratione entis, prout abstrahit à materia. Considerat Deum authorem naturæ, prout evidenter cognoscibilem ex solo lumine rationis naturalis, quem Theologia cognoscit vt cognoscibilem ex lumine fidei obscuro, saltem remoto, quatenus supponit principia fidei, ex quibus discurrat; cognoscit enim Deum esse authorem naturæ sub eo lumine fidei, quem Metaphysica cognoscit vt cognoscibilem sub lumine solo rationis. Deus itaque vt cognoscibilis supernaturaliter est aliqua ratio entis, quam Metaphysica sub ratione pura cognoscit, non autem sub ratione cognoscibilitatis supernaturalis.

Solutio tertia.

Ad tertiam respondeo scibilitatem & cognoscibilitatem obiectorum explicari optimè posse sine vlo virtuoso circulo, sicut species impressæ intelligibles aut visibles sine vlo huiusmodi circulo explicantur. Nam species dicitur intelligibilis co-

A quod faciat intelligere; & obiectum dicitur scibile, quia facit scire; vbi nullus est circulus, quia scientia & obiectum diuerso modo se includunt, cum obiectum formale includat scientiam, tanquam id quod specificat; scientia verò includat obiectum tanquam id à quo specificatur. Sic ut causa vt causa semper includit effectum, & ab eo includitur sub diuerso conceptu; causa enim includit defectum prout eum causat, & effectus includit causam pro vt ab ea causatur. Quod etiam in omni relatione verum est: pater dicit filium, & filius patrem.

SECTIO II.

De actu scientie generatim.

POst explicatum obiectum habitus scientia, sequitur actus, quem dixi specificari ab obiecto, & specificare habitum. Possent autem hoc loco tradi omnia, qua in Logica tradi solent de premissis & conclusione demonstrationis, quam constat esse scientiam actualem: sed iis in eum locum reiectis, satis erit de hoc actu dicere. Primo, & quomodo esse ille debet certus & evidens: secundò, vtrum possit idem actus scientie simul esse actus fidei & opinionis: tertio, vtrum saltem possit in eodem intellectu esse actus scientiae cum actu fidei & opinionis de eodem obiecto.

S. I.

An, & quomodo actus scientie debet esse certus & evidens.

CERTUM est primum, nullam esse scientiam, cuius actus certus non sit certitudine formalis, quia obiectum essentiali, seu ex parte obiecti; cum accidentali, seu ex parte subiecti. Certitudo enim alia est formalis, alia obiectiva. Formalis est cognitionis intellectus ita vera vt non possit esse falsa: obiectiva est obiectum prout necessarium omnino & infallibile, sive necessitas ipsius obiecti. Deinde certitudo formalis alia est essentialis, que vocatur ex parte obiecti, & est cognitionis, cuius obiectum est necessarium: alia est accidentalis, seu ex parte subiecti, & est firma adhesionis intellectus ad aliquod obiectum sine formidine oppositi. Vtramque illam certitudinem esse in quolibet actu scientiae, notum est; essentiali quidem, quia scientia obiectum habet necessarium, alioqui scientia possit esse falsa; accidentali autem, quia intellectus sciendi assentitur obiecti sine vla formidine: ergo scientia in suis actibus habet certitudinem ex parte subiecti.

Certum est secundò, scientiam, saltem partem naturalem, habere actus non solum certos, sed etiam evidentes. Evidentia verò non est aliud quam veritas alicuius rei, cui non potest intellectus dissentiri. Potest autem dici duplex. Prima obiectiva, quæ est obiectum, quod ita ostenditur intellectus, vt non possit ei dissentiri. Secunda formalis, quæ est actus intellectus circa obiectum, cui non potest intellectus dissentiri. Dissert ergo certitudinem ab evidentiis, quod certitudo actus sit ita vera, vt non possit esse falsus; evidentia verò sit actus scientiae obiectum, cui non potest intellectus dissentiri. In fidei divina certitudo est sine vla evidentiis, nullus autem esse potest actus evidens, qui non sit etiam certus. Cum autem scientia differat à fide, debet actus scientiae habere non solum certitudinem,

Quæst. I. Sect. II. de Actu scientiæ. 611

tudinem, sed etiam evidentiā. Quomodo autem Theologia possit esse scientia, cūm nitatur principiis revelatis, que obscura sunt, suo loco diētum est; loquor enim nunc de scientiis pūrè naturalibus. Cetera de hac evidentiā scientiæ pertinent ad Logicam in libris de demonstratione.

S. II.

Vtrum idem actus scientiæ possit simul esse actus fidei & opinonis.

Status controverſia.

Actus fidei cūm nitatur testimonio dicentes, quod extrinsecum est obiecto, simpliciter est obscurus, si testimonium illud obscurum sit; actus autem opinonis non solum inevidens est, vt fides; sed etiam incertus, quia nititur medio solum probabili; & quod potest aliter se habere. Semper ergo actus opinionis includit formidinem, saltem potentiam. Qui enim opinatur, sic assentitur, vt possit formidare de falsitate sui assensus. Aliquando autem habet etiam adiunctam formidinem actualem. Difficultas ergo est apud Philosophos celeberrima, vtrum idem actus possit per diversa media simul esse evidens & inevidens, certus & probabilis; atque adeo idem assensus esse actus trium habituum; scientiæ, fidei, & opinionis.

Triplex dubitatio. Ratio enim dubitandi est primò, quia si non posset idem actus esse assensus scientiæ, fidei & opinionis, esset maximè, quia evidentiæ & inevidentiæ, certitudine & incertitudine contradictriorē opposuntur: illa ratio nulla est, quia ibi non est oppositio contradictoria, ubi affirmatio & negatio de eodem dicuntur ratione diversorum. Sed actus ille qui esset fides, scientia, & opinio, esset evidens & inevidens, certus & incertus ratione plurium modiorum: ergo in illo actu nulla est contradictione.

Secundò. Eadem visio habere potest plura obiecta contraria; video enim uno & eodem actu album & nigrum; cognosco simul, & per modum unius plura obiecta inter se contraria: ergo potest idem actus habere multa motiva, quorum unum sit evidens, alterum inevidens.

Tertiò. Eadem species intelligibilis Angeli representat innumera obiecta totalia, & opposita: ergo non implicat ut idem actus habeat plura motiva totalia.

Conclusio negans.

Dico primò, implicare omnino contradictionem, vt unus & idem actus, etiam ratione diversorum motiorum, sit actus scientiæ, fidei, & opinionis. Ita docent communiter Theologi omnes, & Philosophi, contra Durandum & paucos Recentiores.

Probatio.

Ratio est, quia ut argumentabat in tractatu de Fide, chimera non magis est impossibilis, quam actus qui simul ex diversis motiuis totalibus sit actus fidei, opinionis & scientiæ: sed chimera est absolute ac simpliciter impossibilis: ergo impossibilis etiam est actus qui sit actus scientiæ, fidei & opinionis. Probatur maior. Ideo chimera implicat, quia esset unum animal constans ex pluribus essentiis totalibus specie diversis: sed actus fidei, scientiæ, & opinionis, esset etiam unum quid constans ex pluribus essentiis totalibus specie diversis; fides enim, scientia, & opinio, tam sunt essentiæ totales diversæ, quam leo, draco, & capra: ergo ille actus tam implicat quam chimera. Neque video ullam prorsus disparitatem; si enim dixeris chimaram constare ex pluribus es-

sentiis totalibus, actum autem fidei, scientiæ, & opinonis habere solum essentiæ partiales diuersas. Contrari instari potest. Essentiæ fidei non minus est totalis essentia in se, quam essentia leonis; id est autem incipit esse partialis in isto actu, quia iungitur alteri essentiæ: ergo in chimera non sunt minus essentiæ partiales, quam in isto actu, qui est fides, scientia, & opinio. In quo argumentor vterius. Ideo essentiæ leonis, draconis, & capræ non possunt conuenire in unum animal, quia sunt essentiæ totales in seipsis: sed essentiæ fidei, opinonis, & scientiæ non sunt minus in seipsis totales, quam essentiæ illorum animalium: ergo essentiæ fidei, opinonis & scientiæ non possunt magis conuenire in unum actum, quam essentiæ illorum trium animalium in unum animal. Omnia igitur argumenta, que probant implicare chimaram, probant implicare istum actum.

Solutio. Ad primam respondeo, falso aduersarios supponere, implicantiam huius actus peti ex eo, prima dubitationis. quod contradictriorē implicat ut aliquid ratione diuersorum habeat evidentiā, & inevidentiā; hoc enim statim ostendam nullo modo esse impossibile. Si ergo idem actus habere posset duo motiva totalia, facile concederem evidentiā & inevidentiā stare posse in eodem actu; itaque ad argumentum absolutè negatur maior propositio.

Ad secundam respondeo eandem visionem habere posse plura obiecta particularia contraria, non

Solutio secunda.

Contra. possesse habere plura obiecta formalia totalia, quia plures haberet essentiæ totales, quod est chimaram esse. Video ergo simul album & nigrum, vel per plures simul actus, vel per unum actum sub unica ratione formalis communi duobus illis obiectis: que licet in ratione rei sint contraria, tamen conuenient in aliqua communi ratione obiecti, nempe in ratione visibilis. Cognosco simul per modum unius plura obiecta, quatenus conuenient in communi aliqua ratione obiecti; actus autem qui esset scientia, fides, & opinio, haberet tria motiva totalia disparata, neque in illa tenderet sub una ratione formalis, alioquin nec esset scientia, nec fides, nec opinio; quia fides vitetur auctoritate tanquam motiuo ultimato; scientia ultimè assentitur propter motiuum necessarium; est ergo aperta disparitas.

Dicitur. Ad tertiam de speciebus intelligibilibus angelicis, que dicuntur esse vniuersales, eadem responsum est; nam illæ repræsentant obiecta plurima prout conuenient in aliqua communi ratione formalis sub qua repræsentantur. Vnde nego, illa esse obiecta totalia. Est ergo aperta disparitas, quia ista species multa repræsentans, non habet plures essentiæ, cum unum habeat obiectum formale; actus autem scientiæ, fidei & opinionis haberet plures essentiæ, & esset in specie scientiæ, in specie fidei, in specie opinionis.

S. III.

Vtrum actus scientiæ possit simul esse in eodem intellectu cum actibus fidei & opinonis.

Est. Posito, quod actus scientiæ non possit esse actus fidei & opinionis, adhuc queritur, vtrum actus scientiæ non solum à seipso excludat fidem & opinionem, sed etiam ab eodem intellectu in quo est; ita ut in subiecto ubi est actualis scientia evidens & certa, ibi esse non possit opinio incerta, & fides inevidens. De qua controversia

fuse

612 Philosoph. Peripat. Lib. IV. Disp. I.

fus dicitum est secunda secunda, dum egi de actu fidei; quibus vix habeo quod addam.

Prima dubitatio.

Ratio enim dubitandi primò est, quia contraria, iudic contradictria ex eodem subiecto se necessariò expellunt, evidentia & inevidentia tam opponuntur contradictria, aut priuariè, quam lux & tenebra, cæcitas & visus: ergo sicut implicat ut in eodem aëre, etiam respectu diuersorum sint lux & tenebra, cæcitas & visus; sic implicat ut in eodem intellectu etiam respectu diuersorum actuum, & diuersorum mediorum simul sint evidentia scientia, & inevidentia fidei ac opinio-

Secunda dubitatio.

Secundò. Certitudo actualis, & formido actualis non magis inuicem pugnant, quam actualis evidentia, & actualis inevidentia: sed actualis certitudo & actualis formido non possunt esse simul, etiam respectu diversorum motiorum: ergo non possunt etiam esse simul actualis evidentia & actualis inevidentia.

Tertia dubitatio.

Tertiò. Implicat ut in eodem intellectu simul sint de eodem obiecto assensus & dissensus, quantumcumque illi sint plures actus: ergo implicat similiter ut simul sint actus evidens, & actus inevidens; actus certus, & actus incertus, importans formidinem, qualis est opinio.

Secunda conclusio affirmans.

Dico secundò, posse saltem diuinatus esse in eodem intellectu actum scientia cum actibus fidei & opinionis. Ita olim probauimus contra plures Philosophos & Theologos.

Prima ratio.

Ratio autem primò erat, quia duas veritates & virtutes intellectuales nunquam inuicem pugnant: sed fides, saltem diuina, & scientia sunt duas virtutes intellectuales, & earum obiecta sunt duas veritates: ergo fides & scientia etiam actuales non inuicem pugnant: ergo possunt esse simul. Maior nota est, quia veritas non est opposita nisi falsitati; & virtus non est opposita nisi vicio, sicut lux non est opposita nisi tenebris.

Secunda ratio.

Secundò actus scientiae non magis excludit ab eodem intellectu actum fidei & opinionis, quam actus scientiae intuitu actum scientiae abstractiae: sed actus scientiae intuitu, & actus scientiae abstractiae simul sunt, ut patet in Beatis: ergo actus etiam fidei, & actus scientiae possunt esse simul. Probatur maior. Ideo scientia abstractia, quæ exigit obiectum absens, potest esse simul cum intuitu, quæ exigit obiectum praesens; quia scientia abstractia non exigit obiectum praesens respectu intellectus, sed tantum respectu medijs, per quod cognoscitur: sed fides & opinio non requirunt inevidentiam obiecti respectu intellectus, in quo sunt; sed tantum respectu medijs, per quod cognoscitur: ergo eodem modo repugnant scientia abstractia, & intuitu, quo scientia & fides. Cur enim scientia propter obiectum evidens excludit fidem de obiecto inevidenti; scientia vero de obiecto praesenti non excludet scientiam abstractiam de obiecto absenti.

Tertia ratio.

Terriò. Constat experientia nos posse assentiri ex motu probabili, cui assensimus ex medio demonstratio; nam multas eiusdem rei solemus affecte rationes, quarum aliquæ sunt tantum probabiles. Denique sepe aliquis eidem rei assentitur propter duo motiva, quæ putat esse scientifica; quorum unum est duntaxat probabile: ille tunc habet auctam scientiae simul cum actu opinionis; nam assensus ex motivo quod probabile tantum est, actus est opinionis; & assensus qui est ex motivo demonstratio est actus scientiae: ergo illi actus possunt esse simul.

A Ad primum respondeo, evidentiam & inen- dentiam opponi contradictoriè, quando respiciunt idem motiuū; non opponi quando motiuū idem non respiciunt. Neque par est ratio lucis & tenebrarum; cæcitatibus, facultatis videndi ac visionis; & evidentia ac inevidentia: quia tenebrae absolute negant lucem in eo subiecto, in quo sunt, & cæcitas etiam in subiecto in quo est negat facultatem videndi: at vero inevidentia negat quidem evidentiam in eo actu in quo est, sed non negat eum in eo intellectu in quo est; actus enim inevidens est ille, qui ex vi motiuū non cogit intellectum ad assensum, sed impedit ut intellectus ex vi alterius motiuū ad hoc ipsum nec sitetur, ad quod non necessitabantur ex vi alterius motiuū. Quando ergo dicitur aëre esse tem- brosus, significatur nullam in eo esse lucem; & quando dicitur aliquis esse cæcus, significatur il- lum omnino carere facultate videndi. Evidentia igitur, & inevidentia non comparantur sicut lux & tenebrae; sed sicut parvum & magnum lu- men.

B Ad secundam respondeo negando maiorem, quod nimur actualis certitudo, & actualis for- mido non magis pugnent inuicem, quam actualis evidentia & actualis inevidentia; disparitas enim est, quia actus scientiae qui est evidens, & actus inevidens affirmant existentiam eiusdem obiecti, unde fit, ut dixi, ut actus inevidens negat duntaxat evidentiam in seipso, non autem in intellectu, in quo est; ideoque solidum opponunt ratio- ne obiecti formalis; formido autem actualis negat existentiam obiecti, quam affirmat agens certus; ideoque formido actualis negat certitudinem non tantum in seipso, sed etiam in intellectu, qui actu formidat, quia non excludit duntaxat obiectum formale, sed etiam obiectum mate- riale: nemo autem simul & semel dicere potest aliquid pro certo esse, & tamen dubitare an sit.

C Ad tertiam eadem responsio est, implicat enim ut assensus, & dissensus de obiecto eodem sunt si- mal; assensus enim affirmat rem esse, dissensus ne- gat esse illam rem eandem. Pugnat ergo ratione intellectus eiusdem, quia unus excludit obiectum materiae & formale, quod alter affirmat. Opinio ergo importat formidinem aptitudinem, non importat formidinem actualem, ut constabit ex sequenti sectione.

SECTIO III.

De habitu scientie generativi.

P Ost obiectum & actum scientiae, sequitur ha- bitus, quo actus ille velut sigillum cere im- pressum consignat intellectum, & veluti diu vi- tura moriens mater illam fecundat duratura in perenni prole, cum ipsa nascendo moriatur. Supponenda vero sunt hoc loco quecumque de habitibus in genere traduntur disputatione ultima de anima; & de habitu scientiae tria sunt generativa ponenda. Primum eius unitas, utrum scilicet unita tantum sit scientia totalis: secundum multiplex eius diuisio: terciò comparatio habitus scientiae cum reliquis habitibus intellectus.

§.I.

Quæst. I. Sect. III. de Habitu scientiæ. 613

§. I.

*Vniuersitas scientiæ, sine utrum unica tantum sit
scientia totalis habitualis.*

Sensere doctissimi plures Philosophi, Metaphysicam, Mathematicam, & Physicam non esse plures habitus scientiæ totales & adæquatos, sed eis duntaxat partes vnius habitus totalis, cuius obiectum sit omne scibile. Fuit enim hæc sententia Platonis apud Alcinoum de doctrina Platonis, cap. 4. & 6. Ita etiam docent Picos Perierius lib. 13. euerstionis singularis certaminis, sect. 6. & 7. Peterius lib. 1. Physiol. cap. 8. & alij citati à Durando quæst. 4. prologi, num. 7. putantque probabilem sententiam Hury. disp. 1. metaphysica, Auersa in-
tatio Metaphysica.

Prima dubitatio.
Ratio autem dubitandi est primò, quia non requiritur ad vnitatem scientiæ totalis nisi subordinatio plurium habituum ad vnum obiectum formale; non enim alio modo Physica una est scientia, & temperantia est una virtus: sed omnes habitus scientiæ subordinati sunt vni rationi formalii, scilicet enti prout est scibile; scibilitas enim una est ratio formalis, quam respiciunt, & cui possunt scientiæ omnes subordinari: neque intelligibilitas magis est ratio specificans unam potentiam intellectuam, quam scibilitas specificans unam scientiam totalem: ergo vniuersa tantum est scientia totalis, cuius partes sint omnes scientiæ.

Secondò. Illa scientia quæ agit de ente in communi est una scientia, cum ea quæ agit in particuliari de qualibet ente: sed una est scientia quæ agit de ente in communione: ergo una est scientia quæ agit de qualibet ente in particuliari: ergo vniuersa tantum est scientia. Probatur maior, Physica una est scientia quæ agit de qualibet corpore in particuliari ex eo quod agit de corpore in communione: ergo scientia quæ agit de ente in communione, debet etiam agere de qualibet ente in particuliari.

Tertiò. Si essent plures scientiæ totales, deberent hoc habere propter diuersum modum tendendi in sua obiecta: sed modus tendendi scientiarum vnicus est, scilicet cum evidentiâ, certitudine ac discursu: ergo vniuersa scientia. Et sanè sicut una est fides, quæ omnia credunt propter diuinam autoritatem; ita una scientia est, quæ sciuntur omnia per demonstrationem.

Quarto. Quoties per eadem principia probantur conclusiones, eadem est scientia: sed per vniuersalissima principia Metaphysica probantur conclusiones omnium scientiarum per reductiōnem ad impossibile: ergo una est scientia.

Dico primò, probabilius omnino videri, quod scientiæ totales habituales sunt renera plures inter se proorsus distinctæ ac separatae. Ita communius docent Philosophi cum Aristotele.

Primò enim si esset una scientia totalis, cuius obiectum esset omne scibile, vnicus etiam esset habitus in intellectu, cuius obiectum esset omne intelligibile; unus in voluntate, cuius obiectum esset omne appetibile; sive scientia & error, virtus & vitium non essent distincti habitus: imò unus in toto animali erit sensus, cuius obiectum erit omne sensibile.

Secundò vniuersa scientia totalis non habet modum procedendi nisi vnicum: sed scientiæ naturales diuersum habent modum tendendi: ergo non sunt vniuersa scientia. Maior nota est, quia modus

R.P. de Rhodes curs. Philosoph.

A procedendi est ipse modus tendendi, qui non potest in una scientia esse multiplex. Minor probatur, quia si vñus esset procedendi modus in Physica & Metaphysica, Physica posset abstrahere ab omni materia, & Metaphysica posset ab omni materia non abstrahere: hoc autem est absurdum, vt constabit ex sequentibus.

B Ad primam respondendo negando, quod omnes habitus scientiæ sint subordinati vni rationi formalii, nimirum enti prout est scibile; ratio enim entis, prout est scibile, non est vna tantum obiectiva ratio, propter diuersum modum procedendi scientiarum diuersarum; quia vt ratio aliqua obiectiva vniica sit, debet attingi eodem modo: sed ratio scibilitatis non potest attingi eodem modo, cum Metaphysica enī attingat vt abstrahit ab omni materia; Mathematica prout abstrahit à materia sensibili; Physica prout abstrahit à materia signata: vnde pater disparem esse rationem intelligibilitatis & scibilitatis, quia intelligibilitas in omnibus obiectis attingitur eodem modo; idē est vniuersa ratio formalis in obiecto intellectus. Scibilitas autem cum attingatur sub diuersis abstractionibus, non est vniuersa ratio formalis scientiæ.

Ad secundam resp. distinguendo maiorem. Scientia quæ agit de ente in communi, agit etiam de qualibet ente in particuliari, prout considerato sub eadem ratione formalii, & sub eadem abstractione, concedo; prout considerato sub qualibet abstractione, nego. Ad minorem: sed vna scientia agit de ente in communi, sub vna tantum abstractione, concedo; sub qualibet abstractione, nego. Agit videlicet Metaphysica de ente in communi, & de qualibet ente in particuliari sub abstractione ab omni materia, etiam intelligibili; eodem modo Physica agit de corpore in communi, prout abstrahit à materia singulari, & de quocunque corpore in particuliari, sed sub eadem abstractione.

D Ad tertiam resp. satis ostensum esse, quod modus tendendi in obiecta non est vnicus in scientiis; sicut neque verum est, quod modus tendendi cum evidentiâ & certitudine ac discursu sit vnicus; quia diuersæ scientia subsumunt diuersis abstractionibus. Vnde disparitas est habitus fideli, qui vnicus est propter motuum extrinsecum specie vnicum, quod eodem etiam modo attingitur.

Ad quartam distinguitur maior. Quoties per eadem principia propria probantur conclusiones à priori, illæ pertinent ad eandem scientiam, concedo; quoties illæ non probantur nisi per eadem principia communia per reductionem ad impossibile, nego conclusiones illas pertinere ad eandem scientiam. Conclusiones omnes scientiarum probantur per illa vniuersalissima principia, per reductionem ad impossibile; non probantur à priori tanquam per principia propria.

§. II.

*Quenam sint propriæ divisiones scientiarum;
& primum diuisio earum in practicas
& speculativas.*

E Duxi scientiam vnicam non esse; sed illam in variis species diuidi: nunc videndum restat, quenam sint species, in quas illa diuiditur. Video autem duas potissimum diuisiones esse, in quibus

FFF esse

614 Philosophiæ Peripat.Lib.IV.Disp.II.

esse possit difficultas. Prima est diuisio scientiæ in A speculatiuam & practicam : secunda est diuisio in subalternantem & subalternatam. Diuisio in speculatiuam & practicam ut intelligi recte possit, videndum est, quanam sit propria ratio habitus speculatiuī & practici, vnde illa petatur, vtrum sit essentialis, virum adæquata. De qua re disputant accurate Valsquez 1.p. disp.8. cap.5. Suarez cap.13. Gillius lib.1. trah.5. a. 6. 1. ad 8.

Prima du-
bitatio.

Ratio ergo dubitandi est priuīdō, quia illud est differentia essentialis scientiæ, per quod scientia diuiditur in membra specie diuersa: sed per speculationem & praxin scientia diuiditur in membra specie diuersa: ergo ratio speculatiuī & practici est differentia essentialis scientiarum.

Secunda.

Secundō. Illud est essentialis differentia, quo posito ponitur habitus scientiæ; quo sublatō tollitur: sublatā ratione speculatiuī & practici, tollitur scientia; & illa positiō, ponitur: v.g. Deus propt̄ speculabilis pertinet ad obiectum Metaphysicæ; si autem consideretur ut amandus, pertinet ad Mōramē. Angelus propt̄ factibilis, pertinet ad fabrum; propt̄ speculabilis ad Mathematicum: ergo rationes speculatiuī & practici sunt essentiales differentia scientiarum. Confirmatur, quia illæ rationes pertinent ab obiecto formalī: ergo sunt essentiales.

Tertia.

Terter. Videtur diuisio scientiæ in speculatiuam & practicam, non esse omnino adæquata, quia datur aliqua scientia, partim speculatiuam, partim practicam; sicut fides speculatiuam & practicam est: neque videtur dispar esse ratio fidei & scientiæ; inīd aliqua scientia practica habent plures conclusiones speculatiuas: ergo illæ sunt speculatiuas.

Definitio
scientiæ
speculatiuæ
& practicæ.

Dico secundō, scientiam speculatiuam illam appellari, cuius finis intrinsecus est cognitio proprii obiecti, in qua ita silit, vt ad opus non prægrediatur; scientiam vero practicam, cuius finis intrinsecus est operatio aliqua, qua propriè vocatione praxis. Probatione non eget conclusio, sed explicatione; est enim obscurum quid significet praxis, quid notitia practica.

Quid sit
praxis.

Obserua itaque priuīdō, praxin sic definiri, Est operatio quacunque intellectuālī natura regulabilis per rationem. Priuīdō est operatio quacunque, idest cuiuscunque potentia humana, sive intellectus, sive voluntatis, sive aliarum potentiarum: contra Scotum, qui negat operationes intellectus esse praxes, cum illæ sint speculatiōnes; implicet autem ut speculatio sit praxis. Verū tota ratio praxeos in eo posita est, quod sit actus regulabilis per actum intellectus: sed plerique actus intellectus regulantur per alios actus intellectus, vt patet ex directione operationum mentis: ergo actus etiam intellectus sunt praxes. Neque verum est, quod omnis actus intellectus sit speculatio; non enim sufficit ad speculatiōnem vt sit cognitio, sed requiritur vt sit cognitio, quia ad opus non dirigatur; omnis enim cognitio, quia dirigit aliam, est notitia practica; quia vero dirigitur, est praxis.

Nomine
rationis.
quid signi-
ficietur.

Secundō praxis est operatio, quæ possit regulari, idest fieri conformis rationi: vbi nomine rationis significatur dictamen intellectus præferentiis aliquid fieri, vel non fieri, sive recte illud dicere, sive non; actus enim vitiosi, & errores artis actus sunt practici; neque tamen sunt conformes rationi recte. Praxis ergo est actio qualibet hominis, quæ dirigi potest per intellectum diuantem aliquid fieri.

A Obserua secundō, notitiam practicam, videlicet illam quæ versatur circa proximū, recte definiunt. Notitia est cognitio qua apta est ex se dirigere actionem di-

qua natura rationalis. Notitia enim speculativa versatur circa suum obiectum, non illud regulando, sed solū cognoscendo: cognosco v.g. matrīam esse partem compositi physici, vbi nihil est

quod cognitio mea regulet. Notitia vero practica circa suum obiectum immediate versatur illud di-

rigendo; v.g. illa cognitio, Temperare venum et cibo; est de se regulativa moderata confectionis.

Notitia ergo practica duplex habet obiectum,

Proximum est temper actioni aliqua potentia huma-

nae, quam regulat, & à qua specificatur, vt in

B exemplo dato confection moderata. Remotum est

aliqua res, circa quam versatur praxis, vt in da-

to exemplo cibus; & hoc non specificat nisi radicaliter notitiam practicam, quatenus specificat

praxim, per quam specificatur notitia practica.

Denique notitia practica dicitur esse apta ex se, Differ-

qua duplex in qualibet notitia est finis, alter ex se, in tem-

trinsecus ipsius scientiæ, alter intrinsecus ipsius scientiæ.

Finis extrinsecus est is, ad quantum arbitrio suam cognitionem aliquis dirigit, vt cum

aliquis Mathematicam addicet ut artem extir-

arcis adificatio est finis extrinsecus huius cogni-

tionis, neque sufficit ad notitiam practicam vt

illa directiva sit actionum, quas ex fine extrin-

seco sibi aliquis præstabilit, sed requiritur vt ex

C intrinseco fine directiva sit huiusmodi opera-

tionum; alioquin scientia qualibet speculativa

est practica, cum nulla sit quam ex amore virtutis, aut etiam ex amore lucis quicunque addicere

non possit.

Est igitur notitia practica velut idea actionis

facienda, sicut piator dum de imagine pingenda

cogitat, praxis est ipsa depictio imaginis, eius ob-

iectum est imago, notitia vero practica est cogi-

nitio, quia piator scit hoc, vel hoc modo pin-

gendam esse imaginem.

Si vero queratur, vnde peti possit distinctio Val-

notitiae practica à speculatiuā, notum est illam tur-

non peti ab obiecto materiali, cum circa idem ob-

iectum materiale possit versari virtus notitia:

v.g. circa Deum versatur Metaphysicæ, & Mō-

ralis. Petitur ergo solū ab obiecto formalī, & à

fine intrinseco virtusque notitia; quod nimur

notitia practica versetur circa obiectum operabile,

idest tradendo præcepta illius faciendi; specu-

latiū versetur vel circa obiectum non operabile,

vel non propt̄ operabile, non tradendo scilicet

præcepta eius faciendi.

Dico tertio rationem speculatiuī & practici

non esse differentias essentiales scientiarum & la-

bbituum, sed esse solū conditions & affectiones

inseparabiles.

Ratio est, quia illud non est differentia essentialis

aliquius habitus, quod non est eius obiectum

formale, ratio scilicet affentiendi obiecto: sed ra-

tio speculatiuī & practici non est motuum affen-

tiendi, sed conditio solū aliqua illius motu ad-

iuncta: ergo non sunt differentiae essentiales.

Dico quartū, divisionem scientiæ in specula-

tiuam & practicam ita esse adæquatam, vt nolla ali-

planè scientia purè naturalis possit esse partem spe-

culatiuā, partim practicam. Ita omnino colliguntur

ex S.Thoma 1.p.q.1.art.4. vbi ait id inter se inter

Theologiam & scientias purè philosophicas, quod

Theologia sit speculativa simul & practica, quia

obiectum eius remotum est Dei reuelatio, prox-

imum autem sunt articuli reuelati, propt̄ cognosci-

biles

Quæst. I. Sect. III. de Habitus scientiæ. 615

Probatio.

biles per discursum; scientiæ vero naturales sint vel speculatiæ simpliciter, vel simpliciter practicæ.

Ratio ergo est, quia nullus habitus potest esse speculatiu[m] & practicu[m], nisi habeat obiectum formale speculabile simul & practicum: sed implicat ut habitus aliquis scientia habeat obiectum formale speculabile simul & practicum, quia illud motuum identificaretur rebus contradictoriæ oppositis: ergo implicat ut eadem scientia naturalis sit speculatiua simul & practica. Deinde nullus habitus potest esse speculatiu[m] & practicu[m], nisi ratio illa vtraque pertatur ex parte obiecti vel materialis, vel formalis: ex neutro peti potest in scientiis naturalibus. Non ex parte motivi, quia vt dixi, rei eidem non possunt conuenire rationes contradictoriæ oppositiæ. Non ex parte obiecti materialis, quia non potest ratio illa vtraque conuenire obiecto materiali, cui motiu[m] est intrinsecum, quia etiam conueniat motiu[m]. Et in hoc est disparitas scientiarum, quæ nuntiunt motiu[m] intrinseco obiectis materialibus, & habituum, qui habent motiu[m] prospic[er]e extrinseca, cuiusmodi est fides, cuius motiu[m] est authoritas dicentes; nam fides est speculatiua ratione obiecti formalis; practica vero ratione aliquorum obiectorum materialium, quibus authoritas illa extrinseca est. Sic enim conuenient eidem praxis & speculatio ratione diuersorum obiectorum, etiam materialium, in quo non est illa contradictione, qualis esset in scientiis, quæ motiu[m] habent intrinsecum.

Solutio pri-
ma dubita-
tionis.

Ad primam respondeo negando maiorem hanc. Illud est differentia essentialis, per quod scientia dividitur in specie diuersa; nam sufficit ut sit conditio essentialis, & affectio inseparabilis; sicut nemo dicit abstractiones esse differentias scientiarum, & tamen per abstractiones diuiduntur scientiæ: quæ proportio abstractionis explicat optimè, quomodo speculatio & praxis non sunt differentiae, sed conditiones essentialies.

Ad secundam respondeo distinguendo maiorem. Illa est differentia essentialis habituum, quæ sublatia tollitur primariò & per se ipsi habitus, concedo; quæ sublatia tollitur consequenter, nego. Sed sublata ratione speculatiu[m] & practici, tollitur habitus consequenter & necessariò, concedo; primariò & per se, nego. Eodem modo ac sublata abstractione, tollitur consequenter ratio habitus. Ad confirmationem negatur, illud esse differentiam essentialiem, quod petitur ab obiecto formalis; quia ipsum obiectum formale differentia est essentialis; quod vero petitur ab obiecto formalis, est essentialis & inseparabilis conditio.

Ad tertiam patet ex probatione ultimæ conclusionis disserimus fidei, que habet motiu[m] extrinsecum; & scientiarum naturalium. Neque verum est, villam in scientiis practicis esse conclusionem speculatiu[m], quia licet illæ demonstrent multas proprietates obiecti sui, & licet habeant notitias multas univales; illa tamen notitiae sunt puræ practicæ, quia totæ diriguntur ad regulandam praxin.

§. II.

Divisio scientiæ in subalternantem & subalternatam.

Quid sit
scientia sub-
alternata.
S

Vbalternari dicitur alteri vna scientia, quando est sub illa. Subalternata vocatur illa, quæ alteri subest: subalternans illa, sub qua est alte-

R.P. de Rhodes curf. Philosoph.

Ara. De hac divisione scientiæ agunt Suarez *dis-*
put. i. sect. 5. Gillius *lib. i. tract. 6. cap. 5.* Ego bre-
uiter quæro primùm, quomodo illæ distinguan-
tur penes obiecta; deinde quomodo differant pec-
nes principia, vnde colligi facile possunt condi-
tiones subalternationis scientiarum.

Ratio enim dubitandi primò est, quia Philo-
sophus discernit assignat scientiæ subalternantem
à subalternata, quod subalternans sit *proprie-*
quid, subalternata vero sit quia: ergo haec scientiæ non habent idem obiectum, sed obiectum
vnius causa est obiecti alterius. Imò cum non par-
ticipent eandem abstractionem, non videntur per-
tinere ad idem genus scientia.

B Secundò non potest dici, quod scientiæ sub-
alternatae obiectum addit aliquod accidens obiec-
to scientiæ subalternantis; sic enim obiectum
scientia subalternantis erit ens per accidens. Imò^{MS.}
Naulis subalternant Astrologia, & tamen
sine accidente superaddito idem cognoscit, quod illa.
Machinatura subalternatur Stereometria,
sue illi quæ agit de solidis; & tamen vtraque
considerat figuræ easdem ædificiorum. Denique
sequitur Musican & Optican subalternari Physi-
ca; nam illa considerat sonum, ista visum. Et
dari eodem modo debet scientia specialis de li-
nea recta, & de linea alba.

C Tertiò scientia subalternata vel sumit pro suis
præmissis conclusiones scientiæ subalternantis
vt ex sola fide notas, vel vt probatas. Si primum,
non est vera scientia; si secundum, cognoscit
propter quid non minus quam subalternans: ergo non debet assumere conclusiones subalter-
nantis.

Dico primò, scientiam subalternatam idem assertio
habere obiectum, quod haber scientia subalter-
nans, sed certe tamen materia applicatum, &
auctum accidentaliter aliquæ differentiæ, cui an-
nexa sit specialis aliqua scibilitas. Tres sunt par-
tes conclusionis sigillatim probandæ ac expli-
canda.

Prima docet idem esse obiectum vtriusque scientiæ. Cū enim scientia subalternata pro-
priè dicta illa sit, quæ est sub alia; idè an-
tem vna sit sub alia, quia vna idem habet obiec-
tum quod alia, certè sequitur idem esse obiec-
tum scientia subalternata, quod est obiec-
tum subalternantis. Probatur, quia scientia
subalternans cognoscit propter quid; scientia
vero subalternata, cognoscit quia: ergo vtraque
circum idem obiectum versatur. Neque sufficit v. g. vt finis vnius ordinetur ad finem alterius: v. g. frænofactoria non propriè sub-
ordinatur equestri. Neque necesse est vt vna
quibusdam vtratur principiis quibus vtratur al-
tera; v. g. chirurgia impropriè subalternatur
Geometria, tametsi accipiat hoc eius principiū,
Figura iſſoperimetrica maior est circularis;
hinc enim cognoscit chirurgus, vulnera rotunda
curari difficultius.

Secunda pars negat, illud obiectum esse om-
nino idem. Ratio est, quia nulla scientia egre-
di potest extra fines obiecti sui adæquari, cog-
noscendo aliiquid quod sit extra propriam ab-
stractionem; v. g. vt Geometria cognoscat ali-
quid, quod non abstrahat à materia sensibili:
sed obiectum scientia subalternata non habet
abstractionem scientia subalternantis, vt statim
probabitur; v. g. Naulis cognoscit tempestates
nasci ex talium astrorum coniunctione, quod
Astrologia non cognoscit.

FFF 2 Tertia

Discrimen
accidentale.

Tertia pars docet, quomodo utrumque illud obiectum diuersum sit. Dupliciter enim potest obiectum unum sub altero contineri. Primo quidditatem, quando species illius est, v.g. cælum species est corporis naturalis. Secundò addendo illi accidentalem aliquam differentiam, seu applicando illud certa materie, quæ faciat illud obiectum speciali aliquo modo scibile; sic enim idem est obiectum illius, sed minus latè patens, & restrictum ad certam aliquam materiam, cui applicatur: v.g. obiectum Arithmetica est numerus, obiectum vero Musicae numerus sonorus; sic enim numerus restringitur & applicatur sōno, ideo Musica subalternatur Arithmetica. Partiales autem scientia de particularibus generibus & speciebus corporis naturalis non subalternant scientie Physicæ, quia non contrahunt obiectum eius per aliquid accidentale & extrinsecum, sed per differentias essentiales ipsi obiecto; scientia vero subalternata obiecto subalternantis addit aliquod accidens, applicando illud certæ alicui materie.

Neque tamen sufficit quolibet accidens, alioquin specialis daretur scientia de linea recta, de linea alba, &c. sed debet esse huiusmodi accidens, ut ex tali coniunctione resulteret aliqua scibilitas per se subordinata scibilitati scientie subalternantis, ut numerus propter sonorus specialiori modo est scibilis, quæ n. numerus in communi.

Dico secundò. Scientia subalternata sumit à subalternante omnia sua principia, ita ut omnes præmissæ scientie subalternatae sint conclusiones subalternantis, siveque scientia subalternata in eo solo est scientia, qui habet subalternantem.

Ratio est, quia scientia subalternans, ut ex Philosopho dixi, cognoscit propriæ quid; subalternata vero cognoscit quia. Hoc autem verum esse non potest, nisi præmissæ demonstrationes scientie subalternatae sint conclusiones scientie subalternantis: ergo, &c. Inde autem omnino sequitur, quod scientia subalternata in eo non sit scientia qui non habet subalternantem; quia omnis demonstratio debet habere præmissas evidentes; non sunt autem evidentes nisi ut probatae per scientiam subalternantem.

*Solutio pri-
ma dubitat.* Ad primam respondeo verum quidem esse, quod scientia subalternans cognoscit propriæ quid, subalternata vero cognoscit quia; & tamen idem est utriusque obiectum. Quia illud propriæ quid, non est ipsum obiectum, sed passio illius obiecti circa quod versatur scientia subalternans. Ad id quod additur de abstractione, respondeo scientias subalternatas pertinere ad idem genus, & ad eandem speciem ipsius scientie subalternantis, non quidem propter illa est purè talis; sed esse scientias medias, eo quod sint contractiores, neque puram illum abstractionem tam perfectè participant: v.g. Geometria & Arithmetica sunt purè mathematicæ, quia omnino abstrahunt à materia sensibili: Astrologia vero & perspectiva sunt scientiae mathematicæ quodammodo media, quia sunt de re contracta ad materiam sensibilem; pertinent tamen ad eandem scientiam, quia participant eandem abstractionem non ita perfectè, quia sunt de re qua abstrahi ex sua natura potest à tali vel tali materia sensibili; Musica de numeris, Astrologia de mensuris.

*Solutio se-
cunda.* Ad secundam respondeo ens per accidens, quod est ordinatum, esse aliquid scibile; huiusmodi autem est obiectum scientie subalternatae, quod licet sit ens per accidens in ratione rei, tamen in ratione scibilis est verum ens per se; nam Musica

A v.g. totum hoc non haber pro obiecto numerum & sōnum, sed numerum prout est in sōno, quod non est ens per accidens. Similiter perspectiva non considerat lineam & visum, sed lineam prout est in materia visuali; alias enim lineas non considerat. Nego autem, quod Naualis consideret obiectum omnino idem quod considerat Astrologia, & quod Machinatio idem plane obiectum consideret, quod considerat Stereometria; sed idem modicatum per differentiam accidentalem, quia Astrologia considerat coniunctiones astrorum secundum numerum, & proportiones; neque curat naturales eorum qualitates & prognosticas tempestatum, quae considerant a nauta. Stereometria quoque abstrahit ab omni materia sensibili, non autem machinatio, quae considerat corpora solida cum qualitatibus requisitis ad materiam ædificij.

B Ad tertiam constat ex ultima conclusione scientiam subalternatam sumere suas præmissas, propter probatas à scientia subalternante, neque sine illa esse scientiam, quamvis nullo modo sciat propter quid; nam illud sola cognoscit scientia subalternans.

C Colliges ex his, quænam scientie alii sunt scientie subalternatae. Primo enim falso est, omnes scientias subalternari Metaphysice, ut dicam *quaest. 2.* Deinde male dixerit aliqui, solas scientias Mathematicas esse subalternantes & subalternatas; probabilius enim est, quod Physice subalternant Medicina, Agricultura, Pictura, Ars nauigandi & venandi.

S. I V.

Comparatio scientie cum aliis habitibus intellectus.

Habitus, qui sunt in intellectu, & iuvant cognitionem, quidam appellantur virtutes, telos quia semper attingunt verum, & vulgo numerantur quinque; intellectus, seu habitus principiorum, sapientia, scientia, prudenter, & ars; quidam virtutes non sunt, quia potest ei subesse falsum, & sunt fides humana & opinio; fides enim diuina vera est virtus intellectiva. Non queritur utrum scientia & sapientia inuinicem distinguantur; sapientia enim scientia est perfectissima, quæ probat suum obiectum per primas & altissimas causas. A prudentia, quæ habitus est cum recta ratione actionis circa ea quæ sunt homini bona vel mala, differt scientia, quod habeat veras & proprias demonstrationes, nec veretur circa singularia & contingentia; quo etiam modo differunt ab arte. De fide & opinione, quomodo possint esse simul cum scientia, dictum est sectione 2.

E Superest ergo solùm comparatio scientie cum habitu primorum principiorum, qui dicitur intellectus; an scilicet illi sit verus habitus difficulter ab habitu scientie.

F Ratio enim dubitandi est primo, quia omnis triplex habitus tollere debet aliquam difficultatem: sed breviter in assensu principiorum nulla potest esse difficultas, unde docet Philosophus, habitum hunc naturaliter homini esse inditum: ergo frustra dicuntur dari habitum aliquem principiorum.

G Secundò si datur talis aliquis habitus, certè non distinguitur ab habitu scientie; nam medium & finis pertinent ad eundem habitum: principia & conclusio se habent sicut medium & finis: ergo pertinent ad eundem habitum.

Tertius

Quæst. I. Sect. III. de Habitū scientiæ. 617

Habitus principiorum an sit qualitas.

Tertio non distinguuntur isti habitus si ambo sunt discursivi: sed habitus principiorum non minus discursivus est, quam scientia, principia enim probantur per inductionem: ergo non distinguuntur isti habitus.

Dico primò, habitum principiorum, quæ non sunt dignitates, esse veram qualitatem intellectu superadditam, & acquistam per actus. Sola explicatio conclusio indiget, ad cuius intelligentiam scienda sunt tria, quid sint principia, quod illorum genera, quomodo probantur.

Quid sit & quatuorplex principium.

Obserua igitur primò, principium appellari propositionem indemonstrabilem per aliud, quatenus principium est; qua nimis ex sola terminorum explicatione cognoscitur, vt, *Quodlibet est, vel non est.*

Sunt autem genera duo principiorum, dignitates nimis, & suppositiones. Dignitates, seu axioma, sunt principia communia omnibus scientiis, qua nullo modo possunt demonstrari; sed ex solis terminis, sine discursu, tum doctis, tum indoctis sunt nota: nam vt aliquid axioma sit dignitas, oportet ut commune sit pluribus scientiis, vt cuilibet per se notum sit, vt sit omnino indemonstrabile. Suppositiones sunt propositiones particulares scientiarum ex sua natura tales, vt possint demonstrari; quæ tamen non demonstrantur, quia sunt principia.

Varietas principiorum.

Obserua secundò, plura quidem esse principia vniuersalissima, sed illud tamen, *Quodlibet est, vel non est*, implicitè in omni demonstratione includi, quia omnis demonstratio potest probari per deductionem ad impossibile, quæ deductio semper in eo principio fundatur. Principia vero secundi generis in qualibet scientia sunt falso duo, ad quæ tota revoocatur scientia: neque potest esse duntaxat unum, quia in qualibet demonstratione tres semper sunt termini, qui non possunt in qualibet principio reperi, sed necessariò sunt duo, quæ pertinunt à causa immediata connexionis prædicti; sic enim in priori principio causa illa vnitur prædicato, in posteriori vnitur subiecto.

Quomodo probentur.

Obserua tertio, dignitates non inaigere vlla inductione, aut experimentalis notitia, vt cognoscantur, sed ex solis terminis esse notas: suppositiones autem indigent prævia inductione, vt cognoscantur: v.g. vt cognoscam physicum hoc principium, *Omne corpus naturale est mobile*, oportet ut facta inductione per corpora videam vbiunque naturalitas est, ibi esse mobilitatem.

Sed queritur, vtrum illa induc̄tio exigatur tanquam ratio formalis assentiendi, an vero per modum conditionis & manuductionis ad assensum sequatur ex solis terminis, postquam posita fuerit induc̄tio tanquam conditio applicans rationem formalem assensum.

Breueriter dico distinguendum esse; nam principium vel sumitur propter eft in propria scientia, cuius est principium; vel sumitur extra demonstrationem. Si secundo modo sumatur, eft vero demonstrabile per inductionem, tanquam per rationem assentiendi; & hoc non facit habitus principiorum, qui nullo modo est discursivus, sed sola Metaphysica, vt recte declarat Suarez dis. i. sect. 4. à nan. 12. Si vero prior modo, principia non possunt demonstrari per inductionem, tanquam per rationem formalem assensum, alioqui demonstratio proper quid, demonstraretur per demonstrationem quia; & deinde illa non essent principia, quæ vt talia non probantur per aliud tanquam per rationem assensum.

Colliges ex his, habitum principiorum recte R.P. de Rhodes curs. Philosoph.

A definiri, Est habitus intellectus inclinans potentiam intellectuam ad prompte ac sine difficultate assentientiam principiis immediate fine velo discursu. Vocabatur autem intellectus; quia sicut actus voluntatis, rum. quo fertur in finem, dicitur voluntas, eo quod sit primarius illius actus; sic candem ob causam actus intellectus, quo fertur in principia, quæ in speculatiuis sunt instar finis, dicitur intellectus; quod idem nomen habitui tribuitur versanti circa talem actum. His positis.

Ratio conclusionis evidens est, quia dignitates Ratio con- definitio habitus principiorum.

sunt naturaliter notæ, vt nulla sentiri possit clusionis. difficultas in assensu, modò noti sint termini. Circa suppositiones autem maiorem aliquando, alias minorem experimut difficultatem.

Dico secundò, habitum scientiæ realiter distin- An distin- etum esse ab habitu principiorum.

Ratio est, quia vbiunque ratio assentiendi di- versus est, & diuersus modus assentiendi, diuersus etiam est habitus: in habitu principiorum, & in habitu scientiæ, diuersa est ratio assentiendi; veritas enim incompleta terminorum cognita per primam operationem, & veritas complexa terminorum cognita per secundam operationem, sunt ratios motiva habitus principiorum, & ratio motiva scientia est veritas complexa principijs: ergo rationes assentiendi differunt, & ipsi etiam habitus. Deinde modus assentiendi diuersus est, nam principiis assentimus propter se, scientia vero assentimus propter principia; cum scientia discursiva sit, non autem habitus principiorum, cuius proprium est cognoscere veritates immediatas, notas ex solis terminis. Distinguuntur itaque isti habitus, sicut habitus Fidei distinguuntur ab habitu Theologiaz.

Ad primam satis patet ex dictis, non esse difficultatem ullam in assensu principiorum, quæ sunt trium difficultatum;

Instabis: Positis præmissis nullam experimut difficultatem ad assensum conclusionis scientificæ: ergo non debet dari habitus scientiæ.

Respondeo habitum scientiæ non exigi ad eliciendam conclusionem positis præmissis, sed ad ponendas præmissas in ordine ad talem conclusionem; in quo est difficultas.

Ad secundam negatur patitas, quia medium & finis eandem habent appetibilitatem, seu idem motivum appetitionis; cum bonitas medijs distineta non sit à bonitate finis. At vero principia & conclusiones habent motivum assensum diuersum, id est pertinent ad diuersos habitus.

Ad tertiam respondeo, habitum principiorum non esse velo modo discursivum: quod si principia probantur per inductionem, sola hoc facit Metaphysica, vt dixi.

QVÆSTIO II.

De natura scientiæ Metaphysicæ.

Si inspecta generatim scientiæ, non erit difficultas statuere de nobilissima eius specie, domina videlicet & principe omnium scientiarum, ut appellat Philosophus Metaphysicam lib. 6. cap. 1. de cuius charactere proprio constabit affirmat, si dixeris, quale sit eius obiectum, quæ munera, quæ proprietates.

FFF 3 SECTIO

618 Philosophiæ Peripat. Lib.IV. Disp.I.

SECTIO I.

De obiecto proprio scientia Metaphysica.

Triplex sententia de obiecto metaphys.

Obiectum igitur principis scientiæ aliqui latissimè patere volunt, alij angustissimum esse statuant, alij medianam viam ineunt, ut latè tradunt Suarez *diss. 1. sect. 1.* Fonseca *4. Metaphys. cap. 1. q. 1.* qui latius extendunt, quia omne ens, tum reale, tum rationis, tum per se, tum per accidentem, volunt obiectum esse adæquatum Metaphysicæ. Qui arctissimè illud contrahunt, vel solum Deum aiunt esse obiectum totale Metaphysicæ, ad quod alia omnia referantur, & in ordine ad quod solum considerentur: sic enim latè probare conatur Hurtadus *diss. 1. sect. 3.* vel omnem substantiam immaterialem, tum increatam, tum creatam: vel denique omnem substantiam. Qui medianam inserviant viam, Philosophum ducem sequuti, negant ens rationis, & ens per accidentem pertinere directè ad Metaphysicam, aut etiam ens materiale ut sic: sed neque volunt solum Deum, & Angelos, aut solum substantiam spectari à Metaphysica. Vnde medium aliud inueniunt, quod priorem restringat sententiam, & posteriorem dilatet.

Ratio tamen dubitandi primò est, quia contrariorum eadem est disciplina; Logica enim contemplatur syllogismum verum, & fallacem: ergo Metaphysica, qui considerat ens reale, considerat etiam ens rationis illi oppositum. Deinde illi actus, *Ens rationis illud est quod solum habet esse obiectum in intellectu: Ens per accidentem, quod constat ex pluribus enibus complexis;* sunt veri actus alicuius scientiæ, non alterius quam Metaphysicæ: ergo Metaphysica speculator per se ens rationis, & ens per accidentem.

Secondò. Illa scientia, qua versatur circa genus, versatur etiam circa species contentas sub tali genere; sic enim Physica considerat quolibet corpus, quia obiectum eius est corpus: Metaphysica versatur circa ens, cuius species sunt entia omnia particularia: ergo Metaphysica versatur circa entia quilibet particularia, qua dicuntur esse obiecta reliquarum scientiarum, & sic frustra ponuntur aliae scientie prater Metaphysicam, si obiectum eius est ens. Confirmatur, quia ens ut ens, non magis complectitur proprietates rerum immaterialium, quam rerum materialium: ergo Metaphysica illas etiam speculator.

Tertiò. Illud solum est obiectum adæquatum Metaphysicæ, ad quod omnia referuntur, eriam propterea traduntur in Metaphysica: sed ad substantias immateriales, Deum videlicet & Angelos, omnia referuntur quia traduntur in Metaphysica, etiam propterea in ea traduntur: ergo Deus & Angelos sunt obiectum adæquatum Metaphysicæ. Probatur minor. Cognitio partis per se ordinatur ad cognoscendum totum; cognitio autem totius non ordinatur ad cognoscendam partem: sed Deus & Angelos sunt totum, rationes autem entis communes, non sunt nisi eius partes, cum sint genera: ergo ad Deum & Angelos referuntur rationes communes entis. Minor pater, quia sicut se habet res ad esse, sic se habet etiam ad cognosci: pars autem in suo esse ordinatur ad totum: ergo etiam in cognosci.

Dico primò, Metaphysica obiectum materiale, proprium ac primarium esse omne ac solum ens reale, ac ens per se; ens autem rationis & ens per accidentem nullo modo pertinere ad obiectum illud primarium.

Obiectum materiale.

A Primò dixi *omne*, Probatut, quia illud est obiectum materiale Metaphysicæ, quod secundum ali. Omne quam rationem consideratur ab ea primò & per se. Metaphysica primò & per se considerat omne ens, reale secundum aliquam rationem: ergo omne ens reale obiectum est materiale Metaphysicæ, non autem solum Deus, aut sola substantia immaterialis. Probatur minor. Rationes communis entis omnino vniuersales sunt aliquid scibile per se primò independenter à quolibet alio: nulla est scientia, quæ illas consideret præter Metaphysicam: ergo Metaphysica considerat omne ens reale per se primò, saltem secundum vniuersalissimas illas rationes entis. Neque hoc argumentum soli commodè potest dicendo, rationes illas communes entis considerari quidem, sed in ordine ad Deum, aut in ordine ad substantias immateriales. Ideò enim ut hoc præcluderem in arguento, addidi *per se primò*: nam eriam abstrahendo à Deo, & Angelis rationes illæ communes entis sunt aliquid scibile per se primò: ergo illæ cognoscuntur à Metaphysica per se primò sine ordine vlo ad Deum & Angelos; si enim per impossibile nullus esset Deus, & homo esset ens, ratio entis esset aliquid scibile. Confirmatur, quia nulla de Deo & Angelis haberi potest scientia naturalis, nisi dependenter à rebus materialibus: ergo nulla esse potest scientia naturalis, que Deum attingat ut obiectum suum adæquatum. Quod etiam constat ex his quæ ab Aristotele traduntur in Metaphysica; nam illa ferè omnia communia sunt Deo & creaturis.

C Secundò dixi *solum ens reale, ac ens per se*. Præbatur, quia ens rationis, & ens per accidentem, ut recte dixi *quaest. 1.* non sunt aliquid propriæ scibile; nam per se ens rationis non est primò & directè intelligibile: ergo nec scibile. Deinde non habet veras villas proprietates, qua de ipso sint demonstrabiles; ens autem per accidentem sumpturnon habet veram villam definitionem, cum sit aggregatum plurium essentiarum: ergo nec veras villas habet proprietates, qua sint de ipso scibile. Loquitur autem de ente per accidentem sumpturnon materialiter; quia ens per accidentem sumpturnon formaliter, est reuerà scibile, sicut & ens illud per accidentem, **D** quod est ordinatum; nam illud habet aliquam unitatem.

Dico secundò, adæquatum obiectum Metaphysica esse quolibet ens reale secundum illas proprietates, & rationes consideratum, que possunt esse in rebus sine materia, id est secundum quas non contrahitur à materia, quod appellatur communiter ens ut ens. Ita docet exp̄r̄se Philo-
phus 6. *Metaph. textu 6. & 4. Metaphysica, textu 1.* ad cuius intelligentiam.

Obserua primò, ens tripliciter posse sumi. Primo pro ratione communissima ipsius entis, sic praescia multas includat inferiores rationes entis. Secundo pro ratione ipsius entis in communione, propterea includente rationes omnes & differentias inferiores, tum materialies, tum immateriales. Tertio pro ratione communi entis includente solas eas differentias inferiorēs, quibus à materia non contrahitur; cuiusmodi sunt illæ omnes, que vel reperiuntur in solis rebus immaterialibus, vel communis sunt rebus materialibus & immaterialibus, ac proinde præcindunt possunt à materia, saltem permissuē, qualis est ratio entis, ratio vnius, veri, boni, ratio substantiae ac accidentis. Ratio autem corporis, quanti, & alia huiusmodi differentiae, sunt entis propterea contracti ad materiam; non enim reperiuntur possunt in rebus immaterialibus. Ideo

Quæst. II. Sect. I. de Obiecto Metaph. 619

Ideo illæ differentiæ non pertinent ad ens ut ens, quod excludit eas omnes rationes, quæ solis rebus corporeis possunt conuenire.

Praescio à materia. Obserua secundò, differentias entis duplamente posse praescindere à materia. Primo necessariò; illæ nimurum, quæ non possunt esse in villa re corporea, qualis est ratio entis increati, vel immaterialis. Secundò permisissimè, videlicet illæ, quæ licet reperi possint in re aliqua corporea, reperi tamen etiam possunt in re incorporeæ; idéoque licet illas praescindere à ratione materiae; talis est ratio entis, ratio substantiae, &c. ratio autem corporis & ratio quanti nullo modo à materia praescindunt.

Triplex abstractionis in scientiis. Obserua tertio, triplicem in scientiis distinguiri solere abstractionem, quæ (ut notaui nuper) vocari solet ratio formalis sub qua in scientiis speculatiis; non quid haec abstractio sit formale illarum obiectum, sed aliquod tantum signum, per quod optimè nobis innoscit & explicatur obiectum formale scientiarum, quæ nullo modo transgreditur limites propriæ abstractionis, sed ea dumtaxat considerat, quæ intra talem abstractionem contineri possunt. Abstractio à materia singulari Physicæ tribuitur; abstractio à sensibili propria est mathematicæ; abstractio ab omni materia etiam intelligibili, Metaphysicæ conuenit; significat enim considerari à Metaphysicâ illas & solas rationes, tum superiores, tum inferiores, quæ reperi possunt in rebus materia carentibus. Superiores, inquam, seu communes rebus omnibus, tum materialibus, tum immaterialibus. Inferiores, id est, rerum materialium proprias. Quamvis igitur abstractio sumpta formaliter non sit obiectum formale Metaphysicæ, sumpta tamen fundamentaliter, seu id in ente quod fundat talem abstractionem ab omni materia, est ratio propter quam propriæ Metaphysicæ, cui aduenit abstractio ut ratio sub qua, & conditio requisita ex parte intellectus.

Probatio conclusio- Ratio ergo, cur ens ut ens obiectum sit Metaphysicæ, clara est; quia illud est aliquid revera scibile; non est autem alia villa Scientia præter Metaphysicam, quæ illud speculetur: igitur ens ut ens est obiectum Metaphysicæ. Deinde ad illud referuntur omnia quæ tractantur in Metaphysicâ; considerat enim rationem entis in communis, generales eius proprietates, & divisiones; deinde Deum & substantias omnes immateriales, præter animam, etiam separatam; quia illa semper dicit ordinum ad corpus. Rationes vero rerum materialium proprias Metaphysicæ per se non considerat, sed secundario tantum & per accidens, quatenus illæ conseruant ad cognitionem proprij obiecti. Ratio est, quia datur pro certo aliqua Scientia, quæ diuidit ens in decem categorias, quarum una est quantitas; item una, quæ diuidit substantiam in materialem, & spiritualiem: illa Scientia non est nisi Metaphysicæ: ergo illa secundario tantum, & per accidens considerat rationes materialies, quatenus per illas iunatur cognitio rerum immaterialium, quas considerat Metaphysicæ primò & per se. Imò rationem ipsam entis spiritualis non cognoscimus nisi per negationem omnis materiae.

Solutio prima dubitatur. Ad primam respondeo, eo toto argumento probari tantum, quod ens rationis, & ens per accidens secundario & indirecte cognoscuntur à Metaphysicâ; non probatur cognosci per se ac directe.

Solutio secunda. Ad secundam respondeo, eo etiam argumento

A probari tantum, quod Metaphysica considerat quilibet entia, quæ sunt obiecta aliarum scientiarum sub ratione formalis propria Metaphysicæ, id est quatenus abstrahunt ab omni materia, etiam intelligibili; non probari quod Metaphysica illa consideret sub omni prorsus ratione formalis: unde non sequitur quod frustra ponantur alia scientiarum. Ad argumentum ergo distinguitur maior: illa Scientia, quæ versatur circa genus, versatur etiam circa species sub eo genere contentas; versatur sub ea ratione formalis, sub qua versatur circa genus, concedo; sub alia ratione formalis, nego. Metaphysica considerat ens propterea abstrahit ab omni materia, concedo: ergo considerat entia omnia particularia secundum rationes, quæ conuenire possunt rebus immaterialibus, nego.

B Ad confirmationem respondeo ens ut ens, si vniuersalissimè sumatur, complecti omnes rationes, tum materiales, tum immateriales, & sic obiectum non est Metaphysicæ. Si autem ens ut ens sumatur strictius, propterea videlicet contrahitur ad abstractionem à materia, est obiectum Metaphysicæ, neque sic complectitur rationes materiales.

Ad tertiam respondeo distinguendo maiorem: **Solutio ter-**

illud solum est obiectum adæquatum Metaphysicæ, ad quod solum alia omnia referuntur, concedo; si autem non referantur ad illud solum, sed ad alia etiam referantur, nego. Verum est, quod omnia quæ traduntur in Metaphysica, referuntur ad Deum & ad Angelos; sed non referuntur ad illos dumtaxat; referuntur enim etiam ad corpora, quibus conuenient rationes & proprietates communes entis & substantiae. Deus ergo, & Angeli non sunt nisi partiale obiectum Metaphysicæ. Ad minoris probationem eadem responsio est. Cognitionis partis per se ordinatur ad cognitionem totius, si pertineat ad illud dumtaxat totum, concedo; si pertineat ad aliud etiam totum, nego. Ratio entis ita pars est entis spiritualis, ut sit etiam pars entis materialis, idéoque non ordinatur ad cognitionem solius entis spiritualis.

SECTIO II.

Munera & proprietates scientie Metaphysicæ.

EX his, quæ sunt hactenus disputata de scientia generatrici, & de obiecto Metaphysicæ, manifesta sunt omnia eius munera, & diversa proprietates; quomodo videlicet Metaphysicæ proprium sit iuare alias scientias, & earum obiecta cognoscere, unde sequi videatur quod aliae omnes scientia subalternantur scientia Metaphysicæ. Deinde, quomodo sit vera scientia, & quidem omnium præstantissima; quomodo speculativa, quomodo perfectè una. Quæ omnia paucis excorior.

Dico primò, nullam esse scientiam, quam non Munera iuaret plurimum Metaphysicæ, ad alias acquirendas propria Metaphysicæ. plane necessaria; neque tamen per se primò cognoscit proprias rationes obiectorum aliarum scientiarum, quæ non sunt illi subalternatae.

Prima pars, quod à Metaphysica iuarentur mirabiliter omnes scientiarum, probatur, quia termini iuuent alias scientiarum, & rationes communes entis ingrediuntur propria principia aliarum scientiarum; illos autem terminos sola explicat Metaphysica: ergo sine illa nequeunt aliae scientiarum intelligere propria principia: ergo nec habere veras demonstrationes. Deinde nequeunt aliae scientiarum scire proprias essentias suorum obiectorum, nisi cognoscant

gnoscant rationes communes entis & essentiae, A quas tradit Metaphysica. Imò & illa demonstrat propria principia reliquarum scientiarum, per deductionem ad impossibile, vendo scilicet principiis vniuersalissimis, quae sunt Metaphysicae propria; vt, *Quodlibet est, aut non est*, &c. Sine Metaphysica igitur aliae scientiae vix scientiae sunt, vel certè sunt imperfectæ, pluribusque erroribus obnoxia. Faciem enim illis omnibus præfert, ditigique gressus earum, vt sine offendiculo attingant sua obiecta.

Non cognoscit obiecta eorum propria.

Aliæ scientiae non illi subalternantur.

Proprietates Metaphysicae.

Est scientia.

Est omnino vna.

Secunda pars, proprias scilicet rationes obiectorum aliarum scientiarum primò & per se non cognosci à Metaphysica, evidens est; quia sic Metaphysica egredetur extra fines obiecti sui: tradit ergo dumtaxat principia generalia, & rationes vniuersales, quibus obiecta illa probari possint à posteriori per propriam scientiam, vnde.

Tertia pars negat alias omnes scientias subalternatas esse Metaphysicæ; quia scientia subalternata & subalternans, vt dixi, habent idem obiectum, aliqua dumtaxat affectum differentiam accidentalium: sed obiecta scientiarum omnino differunt ab obiecto Metaphysicæ: ergo illæ non sunt subalternata scientia Metaphysicæ.

Dico secundò, Metaphysicam esse veram & perfectissimam scientiam, imò & esse propriæ sapientiam, esse purè speculatiuam, & omnino vnam.

Primo scientia est superans alias omnes scientias euidentiam, certitudine, necessitate; habet enim demonstrationes infallibilis, principia vniuersalissima, & per se nota, obiectum necessarium & nullo modo contingens: ergo illa maximè omnino est scientia, quæ quia per primas & altissimas causas cognoscit obiectum suum, vocatur meritò sapientia. Est etiam purè speculatiua, quia obiectum eius non est aliquid operabile, sed in eius sola cognitione sicut hæc scientia.

Secundò vniqa tantum est hæc scientia, cuius pars vna est Theologia naturalis; quod perperam video negari à nonnullis Recentioribus. Ratio est, quia illa est vniqa scientia totalis, cuius omnes habitus subordinantur eidem obiecto formaliter adæquato: sed omnes habitus Metaphysicæ subordinantur eidem obiecto formaliter, quod est ens ut ens: ergo vna tantum est scientia totalis Metaphysicæ. Deinde non cognoscimus Deum & Angelos, nisi per res materiales: ergo non potest dari vlla scientia naturalis, quæ ita de Deo agat, vt non etiam tradat aliquid commune rebus materialibus: ergo Theologia naturalis, quæ considerat puros spiritus, non est scientia totalis. Et hæc est ratio propter quam datur scientia vna Physica, quæ agit de corporibus; non datur vlla, quæ solos spiritus consideret. Denique Physica, quæ agit de corpore in communii, descendit etiam ad rationes inferiores corporum, quantum patitur abstractio eius propria: ergo Metaphysica, quæ agit de ente in communii, descendit ad rationes entis particulares contentas intra abstractionem ab omni materia. Deus autem & Angeli continentur in illa abstractione: ergo Metaphysica, quæ considerat ens in communii, considerat etiam Deum & Angelos.

DISPUTATIO II.

De generalissimo conceptu entis, & essentia realis.

VANDOQVIDEM igitur obiectum, cuius cognitionem Metaphysica intendit, est ipsum ens intra solam abstractionem ab omni materia, necesse omnino est, vt ante omnia generalissimum ponat conceptum & quidditatem entis realis; ex quo conceptu fluunt omnes eius proprietates. Eius autem explicatio duo exigit: primò quemadmodum sit propria quidditas & conceptus præcisus entis realis: secundò, quia enti affines omnino sunt essentia, existentia, & possibilitas, videndum quid illæ sint, & quæ sit propria earum ratio.

QUESTIO I.

De conceptu præciso ipsius entis in genero.

C Rescindit, vt dixi, ab omni materia, etiam intelligibili, scientia Metaphysica; vnde primum omnium ingenia hominum instituit ad abstractiones, docetque separate res invicem coniunctissimas, & quas nullus gladius possit scandere; intellectu diuidit, secat cognoscendo. Quod ad rerum essentias indagandas omnino est necessarium. Primum igitur disputo de ipsa præcisione, vtrum videlicet detur præciso illa, quæ dicitur obiectiva, an verò illa figuramentum sit, & omnino à scientiis ableganda. Secundò, an detur conceptus aliquis communis entis & essentiae omnino vnuus, & obiectivè præcisus ab inferiortibus differentiis, & qualis ille sit. Tertiò quomodo ille conceptus contrahatur ab inferiortibus: quartò, an sit vnuus, an verò æquiuocus, aut analogus?

SECTIO I.

An sint præcisiones aliquæ obiectivæ.

E Vix in questionem venire solebat hæc difficultas, à nouis quibusdam excogitata Philosophis, vel potius è seputis Nominalium cineribus excitata tanto cum sonitu, vt in mera controversia de nomine scholam vniuersam diuiserit in factiones. Altera præcisiones obiectivas damnantur ut monstræ, & spectra veteris Philosophia. Altera tam certò illas afferente, quām certum est esse intellectum in homine. Ut autem certò diuidenti possit, quām leuis, & inanis sit noua hæc idea negantium præcisiones, quām verò solidè illas vetus asseruerit Philosophia, proponam virtusque sententiae verum sentum, quo perficto, concidit omnino tota questio, & nouum commentum manet damnatum.

Certum est igitur primò, eos qui negant præcisiones has obiectivas, sic statuere. Præciso, inquit, qui sunt, quæ cogitatio est rei vnius sine alia reali præciso, altera coniuncta, imò identificata, est duplex; altera obiectiva, seu ex parte obiecti; altera formalis, seu ex parte modi cognoscendi. Præciso obiectiva est, quæ sic cognoscitur formalitas vna obiecti, vt non

non cognoscatur vlo modo altera formalitas obiecti eiusdem, licet realiter identificata cum altera illa formalitate; vt si dicam animalitatem, neque dicam vlo modo rationalitatem: vnde iti Authores fingunt coincidere omnino sententiam istam præcidentium cum sententia Scoti, quæ ponit inter Dei attributa, & inter gradus metaphysicos distinctionem formalem ex natura rei, qua præcedit omnem cognitionem intellectus; & tamen non vocatur realis, quia non est inter duas entitates, sed inter duas formalitates verè distinctas à parte rei, & plures sine adminiculo intellectus cogitant. Præcisionem formalem vocant, quæ totum obiectum, & omnes eius formalitates verè ac immediate cognoscuntur, sed adē confusæ, vt sibi videatur intellectus cognoscere vnam tantum formalitatem, & perinde se habeat ac si vnam tantum cognosceret. Id est, præcisio formalis est, quæ totum obiectum cognoscitur, & omnes eius formalitates; sed in ordine ad certas operationes, non autem in ordine ad alias: v. g. vísio coloris albi ē longinquo interdum ita confusa est, vt discernere possim esse colorem, non autem qualis color sit. Tunc formaliter præscindo, quia licet totum videam obiectum, ita tamen illud confusæ video, vt perinde me habeam ac si attingerem vnam dumtaxat formalitatem. Sic, inquit, cùm dico animal, verè ac immediate cognosco rationale, hominem, Petrum, &c. sed adē confusæ, vt mihi solum videatur apudire animal, non autem rationale; quia licet totum reuerā cognoscam Petrum, non cognosco tamen illum, nisi in ordine ad operationes sensitivas, non autem in ordine ad discursum; idcirco illa est præcisio formalis, tota tenens ex parte cognitionis, non autem ex parte obiecti.

Sententia
qua admittit præcisions obiectiuas.

Certum est secundò, veterem, communem, & veram esse sententiam, qua constanter docet, intellectum habere vim præscindendi res inseparabiles, & distinguendi per cognitionem res inter se realiter identificatas. Primo profitet damnandam omnino esse Scoticam illam distinctionem formalem ex natura rei ante omnem operationem intellectus; præcisionem enim obiectiuam non esse aliud quam puram distinctionem rationis; & præscindi obiectiu, solum esse distinguiri per rationem. Formalites enim illas esse realiter vnam rem, & ante operationem intellectus nullo modo distinguiri actualiter, sed fundamentaliter tantum, quatenus æquivaler pluribus, & sic præber intellectui occasionem & fundamentum cogitandi vnam rationem alterā non cogitatā, id est habendi plures cognitiones inadæquatas, quarum vna vnam tantum attingat perfectionem obiecti, alterā vero non attingat formaliter. Præcisio igitur obiectiu, & distinctione rationis, synonyma sunt. Secundò asserti hæc sententia, posse quidem intellectum præscindere, id est cogitare vnam formalitatem obiecti, non cogitata formaliter alterā identificata, sed implicare omnino, vt non cogitet illam, identicē saltem & materialiter: v. g. cum dico animal, non attingo formaliter rationale; sed identicē tantum, & materialiter; id est attingo rem, que realiter est rationale; quamvis non attingam eam formaliter, vt est rationale.

Itaque præscindere obiectiu, est distinguere per rationem vnam perfectionem obiecti, ab alia eiusdem obiecti perfectione realiter identificata cum illa; seu est cogitare aliquam perfectionem obiecti, alterā non cogitata formaliter, sed identicē dumtaxat, & materialiter.

A Ratio ergo dubitandi primò est, quia non possunt dari præcisiones obiectiuæ inter perfectiones eiusdem obiecti omnino indistinctas, si non sint in obiecto indivisiibili plures formalitates respondentes cognitionibus, sed tota pluralitas sit in cognitione, non autem in obiecto: sed quoties intellectus præscindit, & distinguit vnum ab alio, tota pluralitas est in cognitione, non autem in obiecto: ergo inter perfectiones indistinctas obiecti non datur præcisio obiectiuæ, sed formalis tantum. Deinde antequam cognoscam animal, illud ex parte sui non habet aliquid, per quod differat à rationali: ergo cognitione non attinet illud ut distinctum, cùm in se non sit aliud à rationali. Denique quando aliqua cognitione nihil fingeat, si non sit in rebus diversitas, non potest deprehendere in illis diversitatem: sed in re simplici nulla est diversitas: ergo cognitione, quæ nihil fingeat, non potest in re simplici deprehendere ullam diversitatem: ergo non possunt esse in re simplici plures formalites obiectiuæ. Imò, quando aliud est indistinctum intrinsecè, non potest distingui per aliud extrinsecum.

B Secundò cognosci & non cognosci, non sunt Secunda.

minus contradictionia, quām produci & non produci: sed implicat produci animalitatem hominis, & non produci eius rationalitatem: ergo implicat cognosci animalitatem hominis, & non cognosci eius rationalitatem. Probatur maior. Ideo produci & non produci opponunt contradictionem, quia particula, non, cadens supra verbum produci, negat idem quod fuerat affirmatum per idem verbum produci: sed particula, non, cadens supra verbum, cognosci, negat eodem modo quod fuerat affirmatum per verbum, cognosci: ergo implicat eodem modo aliud cognosci, & non cognosci, quo implicat aliud produci & non produci. Neque dicas cognosci realiter & identicē animalitatem cognita rationalitate, non cognosci formaliter; nam cognosci formaliter, & non cognosci formaliter, tam sunt contradictionia, quām cognosci & non cognosci absolute; quando enim negatio cadit supra modum, tam facit contradictionem propositionem de modo, quām si esset propositio simplex.

C Tertiò illa distinguuntur realiter, quorum vni Tertia,

realiter conuenit vnum predicatum, quod non conuenit alteri: sed animalitati v. g. conuenit vnum predicatum, quod non conuenit rationalitati; imò vniuersi contradictionum conuenit alteri; nam cognosci formalitatem, est vnum predicatum, quod non conuenit rationalitati, & conuenit animalitati, quam præscindo: ergo illa obiecta sunt distincta. Imò illa distinguuntur, quorum vnum existit altero non existente: sed illa formalites animalis existit non existente formalitate rationalis: ergo ab ea distinguuntur realiter.

D Quartò in eodem obiecto, v. g. in intellectu, Quarta,

sunt infinitæ infinitæ formalites; nam intellectus prout cognoscere potest Petrum, habet formalitatem diuersam ab ipso intellectu prout cognoscere potest Paulum, & prout intelligere potest Ioannem: illæ sunt infinitæ, neque distinguuntur dumtaxat secundum id quod dicunt in obliquo; nam rectum etiam vniuersi formalitatis differt formaliter à recto alterius formalitatis.

E Quintò addi possunt multa quæ pertinent ad Quinta,

rationem vniuersali, quod dicitur abstracti à singularibus: sed de his dicitur dis. 3. vbi dicam de vnitate vniuersali.

Dicendum

Affertio af-
firmans.

Dicendum tamen est, videri omnino certum, quod dentur præcisions obiectiuæ, per quas intellectus cognoscit formaliter unam perfectionem obiecti, non cognita formaliter altera realiter illi coniuncta & identificata. Ita sæpe in Theologia probauit cum communis sententia, contra veteres, & nouos Nominales, qui perperam nouum hoc dogma in Philosophiam inuexeré. Mihil sanè adeò perspecta res videtur, ut vix egeat probatio; quid enim notius est, quam dari distinctionem rationis inter ea quae realiter sunt unum.

Prima pro-
batio.

Primi enim sic arguo. Dari præcisions obiectiuæ, seu distinctionem rationis, nihil aliud est, quam posse aliquid ita inadæquatè concipi, ut cognoscatur una eius perfectio, quin concipiatur alia, prout formaliter sunt tales: sed tum in diuinis, tum in creatis potest res una ita inadæquatè concipi, ut cognoscantur aliquæ illius formalitates, aliis non conceptis, quæ sunt cum illa identificata: ergo dantur præcisions obiectiuæ. Probatur minor. Tunc non cognoscitur aliqua perfectio, quatenus est talis formaliter, quando vi talis cognitionis aquæ ignoratur secundum propriam definitionem, ac si esset impossibilis: sed qui cognoscit animal, tam ignorat rationale secundum propriam definitionem, ac si esset impossibilis; qui cognoscit unum Dei decretum, tam alia ignorat ac si non essent: ergo, &c. Confirmatur clarissimè. Cognito genere vel cognoscuntur actu omnes differentiae secundum propriam rationem, & omnia individua; vel non cognoscuntur. Si primum: ergo simul intellectus cognoscit formaliter infinita. Si secundum: ergo præcindit genus à differentiis. Neque dicas: Cognoscit differentias & individua, secundum id quod dicunt in recto, non secundum id quod dicunt in obliquo. Contrà enim iusto. Cognoscere secundum id quod dicunt in recto, vel est cognoscere secundum propriam essentiam & definitionem, vel est cognoscere dumtaxat secundum rationem communem. Si primum: ergo cognoscuntur infinitæ differentiae secundum proprias definitions. Si secundum: ergo genus praæcinditur à differentiis. Denique id ostendo. Tunc cognito uno non cognoscitur aliud, si negari potest: sed cognita una perfectione obiecti, alia negari potest; v.g. negari potest anima immortalitas affirmata ratione intellectui: ergo, &c. Imò cùm cogito animal, vel cogito rationalitatem; & sic non possum attribuere illam bruto; vel cogito irrationalitatem, & sic non possum attribuere illam homini; vel cogito vitramque, & sic neutri possum tribuere; vel neutrām cogito, & sic obiectiuæ præscindo.

Secunda pro-
batio.

Secondo: Illa ratione distinguuntur & præscinduntur obiectiuæ, de quibus simul & semel verificari possunt contradictione propositiones: sed de attributis in eadem re omnino identificatis verificantur contradictione in eadem re; v.g. in Deo vere dicitur, *Filiatio generatur, non generatur essentia: Deus non amat Petrum quatenus edidit Iohannem*. Similiter in creatis homo non videt, quatenus est volitus; non vegetatus, quatenus est discursivus; nec est sensitivus, quatenus est intellectivus: conuenit cum brutis, quatenus est sensitivus; non conuenit, quatenus rationalis: rationale est de definitione hominis, de qua non est risibile: ergo illæ perfectiones innuem præscinduntur.

Tertia pro-
batio.

Tertiò, quotiescumque res aliqua ita est virtualiter multiplex, ut reuerâ pluribus æquiualeat, to-

A ties potest inadæquatè concipi: sed in homine v.g. sunt perfectiones ita virtualiter multiplices, ut reuerâ pluribus æquiualeant: ergo potest homo inadæquatè concipi, & præscindi una eius perfectio ab altera. Probatur maior. Illud concipi potest inadæquatè, quod concipi potest prout æquiualeat vni, quin concipiatur quatenus æquiualeter alteri: sed quod virtualiter multiplex est, concipi potest prout æquiualeat vni, quin concipiatur prout æquiualeter alteri; possunt enim dicere, *Homo tam est sensitivus quam brutorum*; tunc de homine nihil affirmo præter sensitivum: ergo tunc concipio inadæquatè hominem. Similiter cùm dico, *Equus & homo sunt sensitivi*; tunc de homine nihil affirmo, nisi quod affirmo de equo, de equo non affirmo nisi sensitivum: ergo de homine nihil affirmo nisi sensitivum. Sint duæ cognitiones, una de Petro, altera de Petro & Paulo: dicere possum, *Virague ista cognitio est de Petro*; tunc non dicam de secunda cognitione quod tendat ad Paulum: ergo inadæquatè concipi secundum cognitionem.

Quartò tunc vnum præscindi potest ab alio, quando potest definiri, altero non definito: sed possum definire animal, non definito rationali: ergo possum cogitare animal, non cogitato rationali, seu præscindere. Maior certa est, quia non possum vnum præscindere, quin illud cogitem: si ergo vnum tantum definitio, vnum tantum cogito. Similiter illud quod ingreditur alicuius rei definitionem, differt conceptu ab eo quod illam non ingreditur: sed rationale ingreditur definitionem hominis, quam risibile non ingreditur: ergo rationale & risibile differunt conceptu. Et ut tollatur omnis æquiuocatio, & penitus obstruant os aduersariorum, sic arguo. Præscindere obiectiuæ, seu distinguere per conceptum animal à rationali, est cogitare formaliter animalitatem non cogitando formaliter rationalitatem, sed identice tantum & materialiter: sed possum cogitare formaliter animal, non cogitando rationalitatem formaliter; quod probo ad hominem ex ipsa doctrina nonorum Nominalium. Possum cogitare hominem in ordine ad operationes sensitivas, non cogitando illum in ordine ad discursus: sed hoc est cogitare formaliter animal non cogitando formaliter rationale; nam implicat cogitare animal formaliter, quin cogitare in ordine ad operationes sensitivas; nec rationale formaliter sine ordine ad operationes discursus: nam cogitare formaliter est cogitare ipsius essentiam: sed essentia & definitio rationalitatis est ordo ad operationes discursus, cùm definiri non possit sine illis: ergo manifestum est, quod possum cogitare formaliter animal, non cogitato formaliter rationali. Ludit ergo aduersari quando respondent, posse cogitari animal non cogitato rationali, secundum id quod dicit in obliquo, non secundum id quod dicit in recto; nam rationale formaliter non dicit solum rectum, sed dicit etiam obliquum. Melius ergo dicent, cognosci animal non cogitato rationali formaliter; sed non cognosci, quin identice cognoscatur rationale: quod est dari præcisions obiectiuæ.

Quinto argumentari licet ex vniuersalibus natu-
turis, quas nullas hæc sententia dari afferit, sed solum
vniuersale vult non esse nisi voces & concep-
tus; quod repugnat Aristoteli & S. Thomæ, ut proba-
bo d[icit] p[ropositio] 3.

Ad primam respondeo, distinctionem rationis solum
& præcisionem, esse in obiecto fundamentaliter, n[on] in obiecto

Quæst. I. Sect. I. Præcisiones obiectiuæ. 623

& extrinsecè per denominationem à cognitione; sic enim ipsum obiectum vere denominatur distinctum & præcīsum, sed extrinsecè tantum. Sicut esse visum, & esse cognitum sunt denominations à visione & cognitione; par enim est ratio. Et sānū probari eodem posset argumento, quod nulla datur visio obiectiva, id est quod nihil dici potest visum, quia visio non est in obiecto. Ad formam itaque argumenti distinguo maiorem; si non sint in obiecto indiuisibili plures formalitates fundamentaliter & extrinsecè, concedo; si non sint realiter & intrinsecè, nego. Similiter antequam cognoscam animal, illud ex parte sui habet fundamentaliter aliiquid, per quod differat rationali; non habet aliiquid, per quod differat realiter; nam etiam si vna sit res, præbet tamen fundamentum intellectui, vt illud cogitet sine rationali, quia aequalet pluribus. Denique quando cognitio nihil fingit, si non sit in rebus diversitas, saltem fundamentalis & virtualis, non potest cognitio deprehendere in illis diversitatem. In obiecto autem simplici est diversitas illa fundamentalis, quæ sufficit ut intellectus concepit vnum ac si differret ab alio, non deprehendendo in eo diversitatem priorem cognitione, sed inducendo diversitatem extrinsecam eo ipso, quod cognoscit inadæquatè. Quando aliiquid est indistinctum intrinsecè, potest extrinsecè distinguiri per aliiquid extrinsecum.

Solutio secunda. Ad secundam respondeo negando primam maiorem, cognosci, & non cognosci, non sunt minus contradictionia, quam produci & non produci. Ad probationem negatur hæc minor: sed particula, non, cadens supra verbum *cognosci*, negat eodem modo quo cadens supra verbum *produci*. Nam cadens supra verbum *produci*, negat eadem totam entitatem, quam affirmabat verbum *produci*. At vero cadens supra verbum *cognosci*, negat tantum eandem formalitatem, quam affirmabat verbum *cognosci*. Disparitas ergo est, quia produci terminatur ad entitatem rei prout est in se; cognosci autem terminatur ad formalitatem dumtaxat. In eo videlicet differentia potentia productiva, & cognoscitiva, quod illa terminetur ad entitatem vt est in se, ista vero terminari possit ad entitatem sub aliqua tantum formalitate; obiectum enim est multiplex fundamentaliter in ordine ad potentiam cognoscitentem, non in ordine ad potentiam productivem. Ex quo etiam soluitur argumentum illud theologicum, quod in creatis inducitur mysterium Trinitatis, in quo productur personalitas, non productur essentia. Est enim manifesta disparitas, cum in Deo pluralitas virtualis sit in ordine ad potentiam productivam, & cognoscitentem; in creatis sit tantum in ordine ad potentiam cognoscitentem. Ultima probatio nulla est, quia cognosci formaliter, & non cognosci formaliter, non sunt contradictionia, quando respiciunt formalitates diversas; negatio enim cadens supra modum, facit contradictionem propositionem de modo, quando cadit supra eandem formalitatem, non autem quando cadit supra diuersam.

Solutio tertia. Ad tertiam respondeo distinguendo hanc maiorem: illa distinguuntur realiter, quorum vni realiter conuenit vnum prædicatum intrinsecum, quod non conuenit alteri, concedo; vnum prædicatum extrinsecum, nego. Nam ad hoc ut prædicatum aliquod extrinsecum in ordine ad extrinsecum connotatum, conueniat vni, & non alteri, sufficit distinctione fundamentalis & virtualis. Simi-

A liter illa distinguuntur realiter, quorum vnum existit, altero non existente, secundum ea saltem, quæ dicit in recto, concedo; altero non existente, secundum ea, que dicit in obliquo, nego. Quando existit formalitas animalis, existit etiam formalitas rationalis, secundum ea quæ dicit in recto, non secundum ea quæ dicit in obliquo. Distinguuntur ergo ut formalitas est secundum ea quæ dicit in obliquo, non secundum ea, quæ dicit in recto; id est non distinguuntur realiter, sed ratione.

Ad quartam respondeo, formalitates obiectivas solutio esse infinitas extrinsecè, ac potentia, quatenus quartæ possunt denominari diversa à diversis cognitionibus possibilibus: sed quia illæ cognitiones nunquam sunt actu infinitæ, id est nunquam istæ formalitates simul sunt actu infinitæ. Inde cum istæ formalitates non differant rectis, nisi per ordinem ad diversa obliqua, id est sunt infinitæ dumtaxat secundum id quod dicuntur in obliquo. Reliqua de vniuersalibus peti possunt ex 3. disp. vel etiam ex Theologia, vbi plenè dixi ea de re; quæ tamen magis est philosophica.

SECTIO II.

Vtrum detur vnum conceptus entis præcisus ab inferioribus, & qualis ille sit.

Contra Ixi, posse vnam rationem superiorē präscindi ab altera minus communi: nunc quæstio est de ratione communi entis, vtrum possit cogitari sine differentiis, per quas contrahitur, & sic formari conceptus vnum obiectiuæ, qui nihil representanter præter communem rationem sine vlla differentia inferiori.

Certum est autem primò, conceptum alium vocati formalem, alium obiectuum. Formalis est ipsa **Conceptus formalis.** mentis actio, quæ res apprehenditur, vel certè verbum mentis expressum tali actione, ipsiusque rei representatiuum. Conceptus autem obiectiuæ est ipsa res, seu ratio per intellectum apprehensa, quatenus apprehenditur; sive ratio conceptus intrinsecè conuenit conceptui formalis; conceptui autem obiectiuo per denominationem extrinsecam. Cum ergo queritur, an detur vnum conceptus entis, sensus primò est, an detur vnum conceptus formalis entis, id est, vtrum auditu nomine entis, exprimatur aliquis conceptus formalis, cui obiectiuè respondet sola ratio entis absque alia ratione vlla inferiori. Secundò, an detur vnum conceptus obiectiuæ, id est, vtrum significatum huius nominis *ens*, sit aliquid vnum, quod vt sic nullo modo importet significatum rationum inferiorum; sicut animal dicitur habere vnum conceptum obiectuum, id est significatum huius nominis *animal*, est vnum, quod nullo modo importat significatum rationalis, aut irrationalis.

Certum est secundò, tripliciter diuisos esse autores circa significatum nominis illius *ens*. Primo tentia, enim Rabbi quidam Moyses apud S. Thom. q. 7. de potentia, art. 8. censet ens respectu Dei & creature prorsus æquiuocum esse, ita vt supra Deum & creature non sit querendus vllus conceptus vtrique communis, significatus nomine entis; imò neque vlla sit analogia, vel similitudo inter ea, de quibus ens prædicatur. Secundò Thomistarum communis sententia est, quos sequuntur etiam Valsquez 1. part. disp. 22. c. 2. & disp. 14. c. 2. Fonseca 4. Metaph. c. 2. q. 2. nullum dari conceptum entis præcīsum ab inferioribus; sed non conuenient tamen circa significatum immediatum huius nominis *ens*; alij enim aliter

624 Philosophiæ Peripat.Lib.IV.Disp.II.

aliter explicant, quos referre piget. Tertiò Scotus cum Scotis omnibus, quos sequuntur Suarez disp. 2. secl. 2. & ferè omnes Recentiores, ponunt conceptum vnum entis præcūsum ab aliis omnibus differentiis; ita vt auditio nomine entis, intellectus vnicum exprimat conceptum formalem, cui respondeat distinctè ac expressè vna ratio entis, quæ nullas formaliter includat rationes inferiores. Quod ego etiam verissimum esse iudico.

Prima du-bitatio.

Ratio tamen dubitandi primò est, quia illud non præscinditur ab inferioribus, quod illa semper includit: sed conceptus entis includit omnes rationes inferiores; includit enim totum, quod est formaliter ens: nulla verò est ratio inferior, quæ formaliter non sit ens: ergo nulla est ratio inferior, quæ non includatur formaliter in conceptu comuni entis.

Secunda.

Secundò: Implicat aliquid præscindi ab alio, & tamen manere semper illi coniunctum; quod enim præscinditur, separatur: sed ratio entis ita imbibitur in differentiis inferioribus ipsius entis, ut semper maneat illi coniuncta; præcūsa enim ipsa ratione entis, id quod manet, necessariò est ens: ergo ratio entis non potest præscindi ab inferioribus.

Tertia.

Tertiò: Ens est analogum ad sua inferiora: sed analogia non habent vnum conceptum præcūsum ab omnibus analogatis: ergo ens non habet huiusmodi conceptum præcūsum.

Quarta.

Quartò sapientia v. g. non potest præscindi à creato & increatō: ergo etiam ens non potest præscindi à creato, & increatō. Antecedens probatur primò. Sapientia communis & abstracta, vel realiter distinguitur à iustitia, vel ratione tantum. Si primum: ergo non conuenit sapientia in creatu. Si secundum: ergo non conuenit sapientia in creatu. Deinde priùs ens diuiditur in creatum & increatū, quā diuidatur in sapientiam: ergo sapientia intelligi non potest, quin intelligatur creatu, vel increatua; nam ratio inferior necessariò includit rationem superiorē.

Vnitas con-
ceptus for-
malis.

Dico primum, conceptum formalem propriam entis vt sic, esse vnum re & ratione, præcūsum ab aliis conceptibus formalibus aliorum obiectorum.

Probatio.

Ratio est, quia vox ista, *ens*, vna est, & significat vnicam rationem communem, in qua conueniunt omnia inferiora entis; non autem rationes illas particulares, in quibus differunt: sed voces expressiæ sunt conceptuum formalium: ergo datur vnu conceptus formalis entis. Maior probatur primum, quia si vox illa, *ens*, significaret rationes distinctivæ substantiae, & accidentis, statim ac scimus aliquid esse ens, sciremus esse substantiam, vel esse accidentem, cùm per te nihil significet aliud: sed multa scimus esse entia, & tamen ignoramus an sint substantiae, an accidentia: ergo ens non significat immediatè substantiam & accidentem. Imo si ens significat substantiam & accidentem, quoties dicitur, *Substantia est ens*, diceretur substantia & accidentem, vel certè nihil diceretur nisi quod sit substantia; ens enim immediatè non significat nisi substantia: in hac propositione, *Substantia est ens*, ens non significat accidentem: ergo non significat nisi substantiam; & sic identica est propostio. Deinde, si conceptus formalis entis multiplex est, includens rationes omnes inferiores entis, sequitur debere illos conceptus esse infinitos; tot enim essent, quot sunt inferiora entis, cùm non sit maior ratio vnius, quā anterior.

Vnitas con-
ceptus ob-
iectuum.

Dico secundò, dari etiam vnum conceptum obiectuum entis, præcūsum ab omnibus inferioribus; id est auditio nomine entis, formatur conceptus de-

A ratione vna obiectua, quæ vno conceptu cognoscitur.

Ratio est primò, quia experientia constat, nos auditio nomine ipsius entis, concipi vnam alterius realitatem, quæ non sit explicitè substantia, nec accidentis; cogito enim id quod habet essentiam non cogitando quod sit substantia, vel accidentis: ergo datur vnu conceptus obiectuum entis. Probo antecedens. Si quoties dico *ens*, dicere immidiatè substantiam & accidentem, deberem etiam Petrum, Paulum, &c. dicere, & sic infinitos habet conceptus obiectuum.

Secundò, posse abstrahi rationem vnam entis communem nihil aliud est, quam concipi posse id in quo conueniunt substantia & accidentis, non cogitatis rationibus in quibus differunt: sed concipi potest id in quo conueniunt, non concepto eo in quo differunt: ergo potest abstrahi ratio vna communis entis. Probatur minor. Substantia & accidentis magis conueniunt, quam ens & non ens; sed hoc possumus concipi non conceptis iis, in quibus differunt; sicuti possumus concipi id in quo conueniunt Petrus & Paulus, non concipi id in quo differunt: ergo, &c.

Tertiò, si nomen entis non significaret rationem obiectuum vnam, significaret immidiatè substantiam & accidentem, vel copulatiæ, vel disjunctiæ: neutrum dici potest; si enim significaret copulatiæ substantiam, & accidentis, quando dicitur, *Substantia est ens*, significaretur, est *Substantia & accidentis*; si disjunctiæ, igitur cùm dico, *Substantia est ens*, significatur, *Substantia est substantia, vel accidentis*.

Denique implicat, vt eadem ratio indubibilis obiectua concipiatur distinctè simul & confuse: sed cùm dico ens, distinctè concipio id quod est, & non distinctè concipio rationem substantie: ergo illi sunt necessariò conceptus distincti.

Dico tertio. Conceptus obiectuum entis in hoc consistit, quod sit habens essentiam realem; id enim est quod significatur nomine ipso entis. Quod vt explicem distinctè.

Obserua primò, ens interdum sumi posse vt non participium verbī *sum*, & ita significat existens; cùm connotat enim tempus præsens, significatque idem quod habens existentiam. Secundò sumit ut non nomen verbale, tuncque nullam connotat differentiam temporis, significatque id quod habet essentiam realem, & aptam existere, sive de facto illa existat, sive non. Posterior hoc modo hic lumen ens, cuius explicatur conceptus.

Obserua secundò, essentiam explicari posse à nobis dupliciter. Primò in ordine ad effectus vel termini proprietates, & sic essentia dicitur esse principium primum proprietatum, quæ rei conueniunt; sic enim essentia est propria rei cuiuslibet natura. Secundò in ordine ad nostrum intelligendi, & locum modum; sive dicimus essentiam eam est, E quæ per definitionem explicatur, & quod respondet, quoties queritur, quid res sit; & ita vocatur quidditas.

Obserua tertio, posse quoque dupliciter explicari Nomen nomen. Primum per negationem aliquam, vt si dicamus illam appellari essentiam realem, que in se nullam includit contradictionem, nec est numerum figuratum intellectus. Secundò positivè in ordine ad existentiam, & sic eam vocamus essentiam realem, cui advenire potest existentia, seu actualitas, itavt poni revera possit extra causas suas. Pater igitur, quid propriè significet nomen entis, provit differt à re facta. Hinc

Ad

Quæst. II. Sect. II. Concept. entis præscisus. 625

Solutio
prima du-
bit.

Ad primam distinguitur maior : illud non præscinditur ab inferioribus , quod semper illa includit secundum eam rationem particularēm , in qua differunt , concedatur maior ; quod semper illa includit secundum rationem communem , in qua conueniunt , negatur maior . Ad minorem : sed conceptus entis semper includit rationes inferiores , secundum eam rationem communem , in qua conueniunt , concedo minorem ; secundum eas rationes particulares , in quibus differunt , negatur . Debet enim , vt dixi , in ente quolibet particulari , v.g. in substantia , considerari ratio duplex , una in qua conuenit cum accidente , estque v.g. habere essentiam ; altera in qua differt ab accidente , & est esse per se . Conceptus entis præcisus includit priorem illam rationem , in qua conueniunt ; sed non includit posteriorem istam , in qua differunt , id est que verè præscinditur ab inferioribus , licet inferiora non præscindantur ab eo , vt patebit ex statim dicendis .

Instantia.

In statibus . Ista ratio entis particularis , vt particularis , est reuerā ens : sed conceptus entis generalis includit omne quod est ens : ergo conceptus entis generalis includit etiam omnes rationes entis particulares , vt particulares .

Respondeo distinguo maiorem : ista ratio entis particularis , vt particularis est reuerā ens solum in communi , negatur ; tum in communi , tum in particulari , conceditur : conceptus generalis entis includit omne quod est ens , præcisus secundum rationem communem ; non omne ens secundum rationes particulares .

Ad secundam plenē dicetur sect. 3. Nunc paucis respondeo , duobus modis posse aliquid præscindi ab inferioribus : primò perfecē , ita ut illud concipiatur ab intellectu , non conceptus inferioribus ; & vicissim concipi possint inferiora sine illo : secundò imperfectē , ita ut illud concipiatur ab intellectu non conceptus vlo modo inferioribus , sed inferiora tamen non concipi possint illo , saltem implicitē . Sic ergo ens præscindi potest ab inferioribus ; cogitatur enim non cogitatis vlo modo inferioribus ; sed inferiora tamen concipi nequeunt sine ratione communi entis , saltem confusè concepta , vt docebit sequens sectio .

Ad argumentum igitur concedo primum antecedens , distinguitur consequentia : ergo ens non potest ab illis præscindi perfectē , concedo ; imperfectē , nego . Ad probacionem eadem distinctio locum habet : implicat aliquid perfectē præscindi ab eo , cui manet coniunctum , concedo ; idest si id quod præscinditur , non solum possit cogitari absque inferioribus , sed inferiora etiam sine illo , certe non manet coniunctum ; nec implicat aliquid imperfectē præscindi , & tamen coniunctum manere . Diligenter videlicet obseruandum est , discremen hoc esse inter distinctionem realium & rationis , quod realis non possit non esse mutua ; si enim Petrus realiter distinguitur à Paulo , Paulus etiam necessariō distinguitur realiter à Petro : distinctione autem rationis non necessariō sit mutua ; ens enim distinguitur ratione ab inferioribus , cùm tamen inferiora non distinguantur ratione ab ipso ente . Eodem modo reliqua probatio solui potest ; quod enim perfectē separatur , non manet coniunctum ; quod separatur imperfectē , manere potest coniunctum . Et ex eo , quod ratio particularis , quæ manet præcisa ratione communi , sit ens , sequitur rationem communem entis obiectuam , præcisam non esse nisi imperfectē .

Ad tertiam responsio pendet ex dicendis sect. 4.
R.P. de Rhodes curs. Philosoph.

A Ad quartam respondeo , primò quidem ratio nem communem entis non eodem modo se habere . Solutio ad inferiora , sicut se habet sapientia ad creatam & increata ; manifestum enim est quod ens est aliquid superiorius suis inferioribus ; sapientiam verè esse aliquid inferioris creata & increata . Secundò etiam respondeo , sapientiam in communi , neque ratione , neque realiter distingui à creata & increata , sed abstrahere ab utraque . Concedo ens prius diuidi debere in creatum , & increatum , quām diuidatur in sapientiam ; sed nego rationem inferiorum entis . v.g. sapientiam , includere necessariō rationes omnes superiores analogas , in quas diuiditur ipsum ens ; sufficit enim ut includat aliquam ex illis .

SECTIO III.

Quomodo conceptus obiectuus entis descendat ad inferiora , & ab illis contrahatur .

C Ommunis ratio entis nunquam reperitur solitaria , sed necessariō semper iungitur particuliari cuiquam rationi entis , per quam propterā dicitur restringi , & contrahi . Quando ergo queritur , quomodo ens descendat ad inferiora , lensus est , quomodo communis illa ratio determinetur ad certam aliquam rationem entis ; quod vt explicem , tria mihi video ponend a . Primò , vtrum ratio eius contrahatur ab inferioribus per aliquid distinctum realiter : secundò , vtrum contrahatur per aliquid distinctum ratione , seu an differentiae includant rationem communem entis : tertio , vtrum contrahatur per modum compositionis , id est , vtrum differentiae aliquid addendo contrahant , an verè tantum magis exprimendo id quod communis conceptus confusi us dixerat .

§. I.

Vtrum entis ratio communis contrahatur per aliquid distinctum realiter ab ipsa .

D Idest , vtrum differentiae , quæ determinant ens ad certam aliquam rationem talis entis , sint aliquid superadditum realiter rationi entis , & ab ea distinctum : quā occasione queritur de gradibus eiusdem individui , vtrum inter se differenti realiter , an verè tantum conceptu .

Ratio autem dubitandi est primò , quia illa distinguntur , quæ possunt separari : sed ratio entis potest separari à ratione substantiæ reperitur enim etiam in accidente : ergo ratio entis distinguitur à ratione substantiæ . Eademque ratio probat , gradus metaphysicos eiusdem individui distingui ; nam animalitas , quæ in Petro est , reperitur in brutis .

E Secundò , quæ sunt eadem vni tertio , sunt ea . Secunda dem inter se : ratio substantiæ , & ratio accidentis identificantur realiter cum ente : ergo illæ identificantur inter se . Deinde eadem est ratio entis obiecta intellectui præscidenti , & existens à parte rei in ipso Petro : sed ratio entis obiecta intellectui præscidenti , non includit vlo modo differentias : ergo neque illas includit à parte rei . Denique implicat ut aliquid realiter conueniat cum aliquo , & realiter ab eo differat secundum idem à parte rei : sed Petrus conuenit cum omnibus rebus à parte rei secundum rationem entis , & secundum alias rationes differit : ergo illæ rationes inferiores à parte rei diffrunt .

G G g Tertio,

Tertia.

Tertiū, eadem planè rationes ferè probant distinctionem graduum eiusdem individui, quæ facile posse applicari. Deinde illa distinguuntur realiter, quibus conuenient prædicta contradictionia: sed animalitati & rationalitati conuenient prædicata contradictionia; nam animalitati conuenit esse principium sentiendi, non rationalitati: ergo distinguuntur realiter. Imò si animalitas & rationalitas unum sunt realiter, de quocumque prædicatur animalitas, prædicari debet rationalitas, & sic equus dicetur esse rationalis.

Ratio entis non est distincta.

Dico primū, rationem entis non distingui ullo modo realiter à differentiis, per quas contrahitur, sed conceptu tantum: v. g. in Petro, esse ens & esse substantiam, non sunt in Petro duo realiter distincta, sed unum. Ita docet S. Thomas cum sua Schola, contra Scotum & Scotistas, qui distinctionem quandam formalem ex natura rei ponunt, quam tamen negant realem esse, ut constabat diff. 3.

Probatio.

Ratio est, quia si ratio entis & ratio substantiæ distinguuntur realiter, sequitur quod una non est alia; id est, sequitur quod ratio entis non est substantia, & quod substantia non est ens: hoc autem absurdum est, quia si substantia non est ens, sequitur quod illa est nihil: ergo in substantia ratio entis & ratio substantiæ non sunt duo distincta realiter. Deinde tota ratio, cur dicantur esse distinctæ realiter, est quia licet unam concipere aliā non concepta: hæc ratio nulla est, quia licet concipere rationem entis non concepta Deitate; & tamen Deitas non distinguitur à ratione entis, cum qua est realiter unum.

Gradus metaphysici an sunt distincta.

Dico secundū, perfectiones essentiales eiusdem individui, quas gradus vocant metaphysicos, non distinguuntur realiter, sed conceptu tantum. Ita etiam cum S. Thoma fuisse probant Suares disp. 28. sest. 3. Vasques 1. p. disput. 114. cap. 2. Fonseca 4. Metaphys. cap. 2. q. 1. sest. 4. contra Scotum, & Scotistas.

Probatio.

Ratio est, quia nulla est necessitas ponendi distinctionem realem inter illos gradus; sola enim diversitas definitionum non sufficit ad ponendam realem distinctionem; instituta enim & misericordia Dei diuersitas habent definitiones; & tamen illæ sunt indistinctæ: sed sola diversitas definitionum dicitur esse causa distinctionis inter hos gradus: ergo nihil est necesse ponere talen distinctionem. Deinde, si gradus substantiæ, qui est in lapide, posset esse in Angelo, sequeretur vel quod lapis non est purè materialis, vel quod Angelus non est purè immaterialis.

Solutio primæ dubitatis.

Ad primam respondeo, non probari eo argumento, nisi quod ratio entis, quæ est in accidente, distinguitur à parte rei ab ente quod est in substantia; hoc autem esse certissimum: non probari quod ens, quod est in substantia Petri v. g. distinguatur à substantia Petri; ab ea enim nulla vi separari potest. Idemque dico de perfectionibus eiusdem individui; animalitas enim, quæ inest Petro, non potest esse in bruto, unde illa distinguitur à bruto: sed animalitas Petri non distinguitur à rationalitate ipsius Petri.

Solutio secundæ.

Ad secundam respondeo, inferiora entis non identificari vni tertio; quia licet inferiora entis singula identificantur cum ratione entis quam habent, non tamen plura eidem rationi entis identificantur, sed diuersis. Deinde distinguo illam maiorem: ratio entis obiecta intellectui præscindens, & à parte rei existens, eadem est adæquate, nego; eadem est inadæquate, concedo; id est ratio entis

A à parte rei existens in Petro non obiectum intellectui præscindens secundum omnia illa quæ dicitur, vel quæ includit à parte rei existens; nam à parte rei existens dicit rationem substantiæ, quam non dicit propter obiectum intellectui. Unde distinguuntur etiam potest minor: sed ratio entis obiecta intellectui non includit differentias propter substantiam, concedo; propter est à parte rei, nego. Deinde falsum est, quod additur, esse impossibile ut aliquid secundum idem realiter conueniat cum aliquo, & ab eo differat, modò non differat secundum idem formaliter. Ratio est, quia si eadem res, quæ fundamentum est conuenientia, non esset etiam fundamentum disconuenientia, omnis conuenientia, seu similitudo esset identitas: nam ut similitudo non sit identitas, debet in aliquo conuenire, in aliquo differre.

Ad tertiam respondeo, sepe dictum est, quod Suares prædicta contradictionia conuenire possunt eidem ratione substantiæ secundum diuersas formalitatem, non ratione eiusdem. Neque verum est, quod rationalitas possit prædicari de quoquacunque potest prædicari absolute animalitas; nam de quo non prædicatur animalitas, que est in homine, sed alia diuersa; id est de illo non potest dici rationalitas.

§. II.

Vtrum ratio entis contrahatur per differentias, in quibus includatur formaliter.

R Atio ergo entis, ut dixi, realiter includit in differentiis, per quas determinatur ad certum aliquod genus entis. Sed difficultas maior est, utrum etiam formaliter illam includant; id est, utrum sicut ratio entis cogitari potest sine differentiis contrahentibus, ita differentiae possint cogitari sine ratione communii entis.

Ratio dubitandi est primū, quia si perfectas includit formaliter rationem entis, conuenit cum aliis differentiis per quas contrahitur ad alia finima genera, & ab iisdem disconuenit, quia facit differre substantiam à quantitate, qualitate, &c. Consequens illud falsum est, quia perfectas ita esse resolubilis in duos conceptus; unum in quo conuenit, alterum in quo disconuenit: sed perfectas non est resolubilis in duos conceptus, quod probbo. Substantia dicit necessariò plus aliquid quam perfectas; totum enim maius est sua pars; sed si perfectas resolvi potest in duos conceptus, substantia nihil dicit quod non dicat perfectas, cum vita que dicat rationem entis: ergo perfectas non est resolubilis in duos conceptus.

Secundū, si perfectas in ratione entis conuenit cum aliis, & differt per alteram rationem, dabitur processus in infinitum quando relinquentur conceptus; si enim præscindatur id in quo perfectas conuenit, adhuc manebit aliquis conceptus, quo differt ab iis, quæ non sunt perfectas: rursus autem queretur, an in isto conceptu includatur ratio entis, an non; sieque in infinitum progressi licet. Imò sic substantia conuenient cum accidente formaliter per idem, in quo disconuenit.

Tertiū: id est conceptus differentiarum entis dicatur non præscindere à conceptu entis, quia confusus illum includit: sed conceptus entis confusus includit conceptum perfectatis; attributa enim superiora confusus continent sua inferiora: v. g. genus cum abstrahatur abstractione universalis, necessariò est aliquod totum confusum: ergo si differentiae entis non præscinduntur ab ente, conceptus etiam

Quæst. I. Sect. III. de Ratione entis. 627

etiam entis non præscindetur à differentiis contra-
hentibus.

Differen-
tiae inclu-
dunt ens.

Dico primò, ens includit essentialiter in omni-
bus differentiis à quibus contrahitur, & genera-
tim in omnibus suis attributis; siveque differentiae
per quas ens determinatur, non præscinduntur
ab ente. Communis sententia est Doctorum apud
Suarem disp. 2. sect. 5. n. 16.

Probatio.

Ratio est, quia illud essentialiter & formaliter
includit rationem entis, cuius conceptus obiectiu-
mus, prout respondens apprehensioni, aliquam in-
cludit realitatem, seu aliquam essentiam non me-
re fictam; hæc enim est ratio entis: sed omnis
differentia contrahens rationem entis in suo con-
ceptu obiectivo aliquam includit realitatem, e-
cum non sit merum nihil: ergo qualibet dif-
ferentia entis in suo conceptu includit rationem
entis. Deinde differentia illa entis, quæcumque
sit, habet aliquos effectus & proprietates reales:
hoc est habere rationem entis: ergo qualibet dif-
ferentia entis includit formaliter rationem en-
tis.

Denique si differentiae istæ non essent formaliter
ens, essent ut sic merum nihil, neque differentiæ
a chimæra.

Includunt
confusè.

Dico secundò, differentias contrarias entis,
v. g. perseitatem; non continere distinctè, sed
confusè tantum rationem entis, adeò ut conce-
ptus eius non sit multiplex resolubilis in duos con-
ceptus distinctos; sed unicus resolubilis in con-
ceptum confusum, in quo conuenit cum aliis; &
distinctum, in quo disconuenit.

Probatio.

Ratio est illa, que opponebatur, quia si per-
seitas includeret distinctè ac explicitè rationem
entis, diceret totum illud quod dicit substantia,
cuius tamen est veluti pars; different ergo am-
ba, quod substantia dicit conceptus distinctos,
in quos resolutur, nempe continet distinctè
conceptum entis, & conceptum perseitatis; per-
seitas autem sit unicus conceptus irresolubilis,
ex eo quod confusè tantum dicit conceptum
entis, conceptum autem perseitatis distinctè.
Vnde

Solutio.
primæ di-
bit.

Ad primam clara responsio est, perseitatem cum
se habeat ad modum differentiæ, simplici quodam
conceptu distincta, concipi adæquatè; sub-
stantiam verò cum sit aliquod totum conceptum,
habere duplum conceptum omnino distinctum.

Instantia.

Instabis conceptus ille distinctus perseitatis ut
sic, necessariò est ens, cum non sit explicitè purum
nihil: ergo ille conceptus perseitatis est resolu-
bilis in plures conceptus distinctos.

Respondeo conceptum illum perseitatis ut sic,
esse necessariò ens confusè, non esse necessariò
ens distinctè; neque hinc sequitur, quod sit purum
nihil, nam ad hoc sufficit ut confusè inclu-
dat rationem entis.

Solutio.
secundæ.

Ad secundam respondeo, non dari processum
infinitum in conceptu differentiarum entis, quia
regula est receptissima, quod in faciendo resolu-
tionibus, quoties fit progressus ad aliquid eius-
dem rationis, sistendum est in primo quo, idest
in eo à quo cœpit fieri progressus, ut probabitur
deinceps in pluribus exemplis. Quoniam igitur
perseitas, prope nostro modo intelligendi distin-
guitur ab ente, ipsumque contrahendo consti-
tuuit substantiam, se habet ut quo, idest ut con-
stituuum, sistendum in ea est, & dicendum
perseitatem esse scipsum ens & perseitatem, atque
secundum eundem conceptum simplicem habere
rationem conuenientiam, ac disconuenientiam ab
R.P.de Rhodes curs. Philosoph.

A alii modis, quibus ens contrahitur. Quemad-
modum differentia simplicissima, quam in ali-
qua te possumus imaginari, secundum unum
eundem conceptum suum conuenit cum aliis dif-
ferentiis in eo quod sit differentia, & disconuenit
in eo quod sit talis differentia, non autem plures
conceptus, alioqui procedetur in infinitum. Eo-
dem modo dicendum est, per seitatem, qua est id
quo ratio entis determinatur ad substantiam, &
quo substantia differt ab accidente, uno, eodem
que simplici conceptu suo determinare posse ens
ad scipsum, & scipsum constitutum ac distinguere
ab omnibus aliis; siveque cessat processus in in-
finitum.

B Solutio
tertia.

Ad tertiam respondeo, ens non contineri eo-
dem modo in perfeitate, quo perfeitas continetur
in ente; nam in conceptu proprio perfeitas ratio
entis actualiter includitur, etiam ut perfeitas subest
conceptui nostro ipsam distinctè apprehendenti;
quia non possumus illam concipere, nisi sub ali-
qua ratione realitatis: idè perfeitas includit
actualiter rationem entis, sed confusè. At verò
ens, & quæcumque ratio superior abstracta con-
tinet inferiora sua confusè, potestate tantum,
non actu; ita ut de illis nullo modo tunc cogite-
tur actu, quando cogitatur communis ratio en-
tis: v. g. si explicetur, quid significet ratio illa
entis, non dicitur quod significet substantiam. Si
verò explicetur quid significet perfeitas, dicitur
quod significat ens quod in alio non exsistit. Ig-
nitus licet a parte rei, sicut rationes superiores in-
cluduntur in inferioribus, sic rationes inferiores
in superioribus includuntur, seu potius unum sicut
indistinctam; nostro tamen modo intelligendi ra-
tiones superiores non includunt inferiores nisi po-
tentia, eo modo quo dicunt Dialectici, quod gen-
us potentia tantum includit species, quia intel-
lectus actu concipiendo genus, v. g. animal, non
debet actu cogitare de speciebus, v. g. de homi-
ne & bruto; sed confusè tamen & potentiali quo-
dam modo attingit hominem & brutum cogitan-
do animal; quia ea ratione cogitat animal, quia
animal est in potentia, seu in quadam indifferen-
tia ut contrahatur per rationale ad hominem, vel
per irrationalē ad brutum; & hæ ipsa differentiae
potentia quadam continentur in animali, quare
nun illi ipsi supposito, cui conuenit animalitas
distinctè cogitata, conuenit etiam rationalitas;
vel irrationalitas; quod suppositum confusè ap-
prehenditur dum apprehenditur animal, sicut ma-
terialiter & identice significatur nomine anima-
lis.

§. III.

E Vtrum ratio entis contrahatur à differentiis per
modum compositionis.

D Upliciter perseitas v. g. intelligi potest con-
trahere rationem communem entis. Primo per modum
addendo aliquid communi illi rationi, quod con-
tentum non erat in conceptu communi; hoc est
contrahere per modum compositionis. Secundò
nihil addendo communi huic conceptui, quod
ille non diceret, saltem implicitè; sed tantum ex-
plícitè dicendo, quod ille dicebat confusè; quod
est contrahere per expressiores conceptus. Diffi-
cultas igitur est, utrum priori eo modo ens con-
trahatur, an verò posteriori.

Ratio autem dubitandi primo est, quia pars non
potest esse totum: sed si differentia inferior con-
trahatur,

Prima du-
bitatio:

G G g 2 trahat

erat ens per modum compositionis, pars erit totum, ut patet: ergo ens non contrahitur à differentiis per modum compositionis. Deinde sequeretur substantiam bis includere rationem entis; includit enim illam speciali aliquo modo, quo eam non includit perfectas; & includit præterea perfectatem, in qua ratio entis includitur.

Secunda.

Secundò si ens contrahitur per veram compositionem, sequitur ens in abstracto non posse prædicari de omnibus inferioribus, etiam abstractè sumptis: hoc falso est, quia rectè dicitur, *perfectas est entitas*; cùm tamen dici, nequeat *rationalitas est animalitas*.

Tertia.

Tertiò saltem valebit hæc prædicatio, *Humanitas est animalitas*; quia animalitas includitur in humanitate, sicut entitas includitur in perfectate.

Ens contra
trahitur
per com
positionem.

Dico tertid, ens contrahi ad inferiora per modum compositionis metaphysicæ imperfectæ, non autem per conceptus solium expressiores. Contra Suarez, qui censet ens contrahi ad substantiam eo tantum, quod conceptus ille confusus sit conceptus expressus. Sed sane non video, quomodo stare hoc possit cum ea quod ipse docet Suarez, ens ita præscindi ab inferioribus, vt conceptus eius obiectus illa non includat: hic autem affert conceptum eius obiectuum esse conceptum confusum omnium inferiorum.

Probatio.

Ratio ergo est, quia tunc est vera compositio metaphysica, quando totum aliquod resolutum potest in duos conceptus, quorum unus superaddit aliquid quod non est contentum in conceptu alterius: sed substantia resoluti eo modo potest, cùm conceptus entis, vt probatum est, ita præscindatur à conceptu perfectatis, vt nullo modo illum includat: ergo manifestum est quod ens contrahitur à suis differentiis per modum compositionis, non autem per expressos tantum conceptus.

Addebaro autem illam esse compositionem metaphysicam, in qua scilicet partes componentes sola ratione distinguuntur, cùm tamen in compositione physica distinguantur realiter. Deinde imperfecta duxata est, quia compositione metaphysica, alia perfecta est, cuius neutra pars alteram includit; sic enim homo componitur ex animali, & rationali: alia est imperfecta, in qua duas sunt partes conceptu distinctæ; sed ita vt una pars includat saltem confusè alteram. Patet autem, quod ens contrahitur per differentias sola ratione distinctas, in quibus formaliter confusè includitur.

Solutio
primæ
dubitatio
nis.

Ad primam respondeo verum esse quod in compositione perfecta pars nullo modo est totum; in compositione imperfecta una pars est confusa totum. Deinde dico substantiam non nisi semel includere rationem entis, quia perfecta quando sola est, includit quidem rationem entis confusè; quando autem non est sola & præcisa, tunc non includit amplius rationem entis confusè, sed distinctè; cùm eo ipso quod est in ipsa substantia, ratio entis illi adueniat distincta.

Solutio
secundæ.

Ad secundam respondeo, discrimen esse inter prædicatum *ens*, & alia omnia prædicta, quia ens transcendens est, id est includitur in conceptu cuiuslibet differentiæ inferioris, sive illa sumatur concretè, sive abstractè. Cùm ergo rationalitas v. g. includat formaliter saltem confusa rationem entis & entitatis, rectè dicitur, *Rationalitas est ens*, vel, *est entitas*. Alia verb prædicta generica, licet continantur in suis inferioribus secundum rectam lineam categoriæ subiectis, quan-

A do sumuntur concretè, non continentur tamen illis abstractè sumptis; id est malè dicere, *Animalitas est rationalitas*; significare enim quod conceptus animalitatis includetur in conceptu formalis rationalitatis; quia nomina abstracta sunt debent in sensu formalis, cùm significent ipsas formas.

Ad tertiam respondeo, prædicacionem hanc, *Humanitas est animalitas*, non mihi videri bonam, quia in ea animalitas significatur purè vt pars, que nimis à rationalitate præcisa & quasi separata sit; quod autem prædicatur, debet prædicari vt totum quoddam, id est significari per modum totius. In eoque differt entitas ab animalitate, alii que prædicatis quibuslibet; quia cùm entitas includatur in omnibus rationibus inferioribus, etiam abstractis, non potest se habere per modum puræ parti; semper enim includetur in quibuslibet aliis comparibus; & ita verum est dicere, *Humanitas est entitas*; quia quidquid est in humanitate, includit entitatem. Secundò tamen, licet vera esset hæc propositio, *Humanitas est animalitas*, quam multi approbant, adhuc tamen ens differet ab aliis attributis genericis, quod non tantum licet dicere, *Humanitas est entitas*; sed etiam, *humanitas est ens*. Quamvis autem dicere licet, *Humanitas est animalitas*; dicere tamen non licet, *Humanitas est animal*; quia videlicet ens non plus dicit, quā entitas, sed voce tantum differt, quārum una est abstracta, altera concreta. Animal autem plus dicit quā animalitas, cū dicit suppositum & naturam; quā ultimam solam dicit animalitas.

SECTIO IV.

Vtrum ille conceptus entis sit uniuersus ad inferiora, an vero analogus.

Supposita præcisione conceptus entis, in quibus tamen continetur confusa saltem, adhuc disputatur, vtrum ille conceptus respectu eorum inferiorum ad quæ descendit, dici debet uniuersus, an vero analogus; quod enim equiuocus non sit, omnibus compertum est. Uniuersus erit si conceptus ille communis & præcilius ipsius entis non solum commune nomen habeat, sed etiam rationem communam nominis significaram omnino eandem. Erit, analogus, si communione quidem habeat nomen, sed rationem substantiae significatam eo nomine partim eandem, & partim diuersam. Uniuersum esse volunt Scotisti cum Magistro suo, quibus accessere pauci Recensores. Eile analogum contendunt Thomistæ, quos plures sequuntur Doctores: quam ego controvenerim esse opinor de sola vocum significatione.

Ratio tamen dubitandi primò est, quia licet conceptus entis sit de conceptu substantie, tamen conceptus substantiae non est villo modo de conceptu entis: ergo non potest conceptus entis fieri analogus per conceptum substantie. Probatur consequentia. Nulla res fieri potest quidditatibus diversa per id quod est extra ipsum quidditatem; quia fieri quidditatibus diuersum, est fieri diuersum intrinsecè; sed conceptus substantiae non est de quidditate ipsius entis, cùm sic extra illum: ergo conceptus entis non potest fieri analogus per rationem substantiae, à qua planè abstrahit.

Secundo uniuersa illa sunt, quorum idem est nomen

nomen & ratio significata per nomen est omnino eadem: ratio entis ut abstracta, huiusmodi est; ergo est vniuoca. Probatur minor: illud est omnino idem, quod nullas differentias includit: ratio entis præcisa, prout significata ipso nomine entis, nullas includit differentias: ergo, &c. Illud enim non facit rationem entis analogam, quod in ratione communi entis non includitur. Imò id quod est incompletum, non continent id quod est completum: entis differentia incompleta sunt, & contrahunt ens completum: ergo non continent ipsum ens, quod est completum.

Tertiò vel ens est analogum propter dependentiā vnius inferioris ab altero, accidentis videlicet à substantia; vel propter transcendentiam, quia scilicet in differentiis includit: neutrum videtur posse dici. Non enim propter dependentiā est analogum, cùm independentia illa & dependentia sint differentiæ contrahentes, quas conceptus communis non continet. Non propter transcendentiam, quia vt ratio entis vt præcisa sit omnino eadem, satis est quod in statu præcisionis nullo modo sit diversa: sed quanvis ratio entis contracta continetur in inferioribus, tamen in statu præcisionis non est diversa vlo modo: ergo licet ratio entis includatur in inferioribus vt contracta, ratio tamen entis vt præcisa est omnino eadem.

Dico primò, ens analogum esse ad omnia sua inferiora, non esse autem vlo modo vniuocum.

Aristotelis testimonia. Primò enim sic omnino asserit Aristoteles in plerisque locis Metaphysicæ, v.g. lib. 8. textu 8. lib. 10. textu 8. ait ens non esse verum genus respectu suorum inferiorum; si autem esset vniuocum, esset haud dubie verum genus; quid enim ei deesset? Deinde lib. 4. c. 2. ait ens dici de substantia & accidente, sicut sanum dicitur de animali & medicina: patet autem sanum respectu animalis & medicinae analogum esse.

Ratio du- Secundò tamen ratio quā probatur entis analogia, non eadem ab omnibus nisi assertur, qui eam allierunt; petitur enim ab aliis ex dependentia, quia scilicet ratio entis conuenit substantiæ independentiæ ab accidente; accidenti autem dependentiæ à substantia; vnde fit vt ens prius exigat participari ab uno inferiori quam ab alio, & ita sit partim idem, partim diversum & analogum. Alij autem rationem hanc petunt à transcendentia, quia scilicet ens licet præscindatur ab inferioribus, semper tamen in inferioribus includitur; vnde fit vt ratio entis ut abstracta sit eadem, vt contracta vero diuersa sit, atque adeo analogia.

Non pro- Dico secundò, non rectè probari ex inde- batur ex- pendentia vnius ab alio, quod ens sit analogum, dependentia. non vnuocum. Ita rectè docent Hurtadus & Ariaga.

Ratio. Ratio est, quia illud non efficit rationem entis præcisa esse analogam, quod non includitur vlo modo in ratione communi & præcisa ipsius entis: sed dependentia illa vnius inferioris ab altero non includitur in ratione communi entis præcisa: ergo nullo modo facit rationem communem entis analogam. Maior patet; quomodo enim aliquid potest efficere conceptum aliquem obiectum analogum, si non in eo includatur; alioquin rationale ficeret analogum esse animal, etiam si non in eo includatur vt præciso. Minor probatur: si enim conceperit communis entis omnino præcisa includeret dependentiam & independentiam

R.P.de Rhodes curs. Philosoph.

A suorum inferiorum, non præscinderetur ab inferioribus; si enim ab illorum differentiis præscinditur, implicat vt eas includat: ostensum autem est nuper ens ab inferioribus præscindi. Deinde probatur eadem minor. Ratio entis ut abstracta est ratione nostra indifferens vt contrahatur ad Deum aut ad creaturas; ad substantiam vel ad accidens; imò illa eadem quæ contracta est ad Deum, potuit contrahi ad creaturas: ergo illa ratio abstracta non includit dependentiam, & independentiam.

Dices, rationem illam entis præcisan non includere quidem dependentiam, & independentiam; sed exigere vt quando contrahetur ad Deum, sit independentis; & quando contrahetur ad creaturas, sit dependens: non potest autem aliqua ratio esse vnuocata vel analogata nisi in descensu.

Sed contrà; redit enim argumentum. Illud non efficit conceptum communem entis analogum, quod in eo non includitur: sed illa exigentia non includitur in conceptu communi entis: ergo illa exigentia non facit vt conceptus communis entis sit analogus. Deinde sequeretur eodem modo animal esse analogum; quia licet in conceptu præciso non includat hominem aut brutum, exigit tamen vt quando contrahetur ad hominem, sit præsentius, quām quando contrahetur ad brutum: ergo illa exigentia non facit vt ens sit analogum, quia in conceptu communi non includitur: quando autem dicitur, rationem communem non esse vnuocam vel analogam, nisi in descensu ad inferiora, verum est si significet rationem communem esse vnuocam respectu inferiorum confusè conceptorum prout conuenient in ratione communi, non autem prout concipiuntur distinctè; quia sic illa differunt, sive nulla ratio esset vnuocata.

Altera etiam ratio est, quia si ratio hæc valerer, sequeretur ens esse vnuocum respectu nouem categoriarum accidentalium; quia non conuenit vni dependentiæ ab altero, & respectu hominis ac equi.

Dices: Ens eo modo est participabile ab inferioribus, quo ab illis participatur: sed ab illis participatur inæ qualiter: ergo est inæ qualiter participabile. Respondeo rationem entis vt præcisa æ qualiter participari ab inferioribus, quia vt præcisa non cognoscitur nisi secundum rationem conuenientiæ; si enim concipetur secundum rationem diæconuenientiæ, non conciperetur vt præcisa ab inferioribus.

Dico tertio, ens esse analogum ad sua inferiora propter transcendentiam, id est, quia licet dependentia eadē præscindatur à differentiis inferioribus, differentia tamen formaliter & intinsecè includunt rationem entis, neque ab ea possunt præscindiri.

Prima non est vnuocata, in qua formaliter sumptu inprobatio inferiora conuenient & differunt: sed inferiora entis conuenient & differunt in formalissima ratione entis, quæ includitur in conceptu formalis omnium differentiarum entis: ergo ratio entis, quæ formaliter includitur in omnibus differentiis, non est vnuocata: Minor probatur: Inferiora entis, verbi gratia substantia & accidens, differunt per se & inhaerentia: per se & inhaerentia sunt formaliter ens: ergo substantia & accidens differunt in ratione formaliter entis, & in ea etiam conuenient sumptu in communi & præcisa: ergo inferiora entis conuenient & differunt in formalissima ratione entis.

G G g 3 Itaque

630 Philosophiæ Peripat. Lib.IV. Disp.II.

DE PERTICADA

Iraque conceptus transcendens in eo differt à conceptu non transcendentem, quod conceptus transcendens cùm includatur formaliter in omnibus differentiis, habet in illis eandem formalitatem & denominationem, quam habet in statu præcisionis; idē substantia differt ab accidente per conceptum, qui verè denominatur ens. Conceptus verè non transcendentis, cùm non includatur in suis differentiis, non eandem habet in illis formalitatem & denominationem, quam habet in statu præcisionis; idē verum non est quod rationale & irrationale differant in aliquo quod formaliter sit animal, cùm rationalitas & irrationalitas non sint formaliter animalitas.

Ens igitur analogum est, quia eius inferiora differentia per formalissimam rationem entis, idē per aliquid quod formaliter est ens; unde argumentor. Substantia & accidens non conueniunt vniuersitate in communi ratione entis, si non eodem modo conueniant in ea ratione communi, quo conueniunt in ratione communi animalis rationale & irrationale: sed substantia & accidens in ratione communi entis non conueniunt eo modo, quo rationale & irrationale conueniunt in ratione communi animalis, cùm rationale & irrationale non differant in vlo quod sit formaliter animal: ergo substantia & accidens non conueniunt vniuersitate in ratione communi.

Eusio. Dices, substantiam & accidens differe quidem in ratione communi entis ut contracta, non differe autem in ratione communi entis ut præcisa; atque adē illam rationem communem ut præcisa non esse analogam, sed vniuersacem.

Sed contra; nam ut aliqua ratio sit vniuersa, necesse est ut eandem habeat formalitatem contracta & abstracta, idē ut contractio fiat per formalitatem adæquatam distinctam à ratione communi; atque adē ut formalitas contrahens non includat rationem illam quae contrahitur; sic enim ratio illa communis non habet essentialiem dissimilitudinem, cùm in vitroque statu eadem sit. At verò transcendentia facit dissimilitudinem, quia illam formaliter, quae fuerat abstracta, dissimilitudinem essentialiem habet in suis differentiis, in quarum conceptu includitur; unde illa ratio partim eadem est, quia omnia inferiora entis habent conceptum entis; partim diversa, quia illomet conceptu differunt substantia & accidens. Idē,

Altera probatio. Argumentor secundo. Tunc aliqua ratio est partim eadem, partim diversa, quando in statu abstractionis est eadem, in statu verò contractionis est diversa: illa ratio quae formaliter includitur in suis differentiis huiusmodi est: ergo illa ratio quae formaliter includitur in suis differentiis est partim eadem, partim diversa. Major ex eo patet, quia in omnibus vniuersis videmus quod ratio communis, tum in statu abstractionis, tum in statu contractionis eadem est formaliter; nam animalitas v.g. etiam propterea contrafacta ad hominem & brutum, non est diversa formaliter; quia non includitur formaliter in conceptu sicutum differentiarum. At verò ens ut contractum ad substantiam formaliter diversum est à ratione entis contracta ad ipsum accidens, quia ens formaliter includitur in differentia substantiae, & in differentia accidentis.

Denique illa ratio non est vniuersa, quae non eodem modo participatur: illa ratio quae includitur formaliter in suis differentiis, non eodem modo participatur, cum sit diversa formaliter propterea participatur: ergo illa non est vniuersa. Nam differentiae entis secundum se totas sunt entia: sed

A illæ differentiae secundum aliiquid sibi differentiæ ego illæ differentiæ formaliter in ratione ipsa entis.

Ad primam respondendo concedendo substantiam non esse de conceptu entis sumpto in statu abstractionis, sed esse de conceptu entis in statu contractionis. Ad illam ergo maiorem: nulla res fieri potest quidditatius diversa per id, quod non est de illius quidditate, in statu tum abstractionis, tum contractionis, concedo; quod non est de illius quidditate tantum in statu abstractionis, nego. Nam ratio vniuersa debet esse omnino eadem in vitroque statu.

Ad secundam eadem responsio locum habet: Salvo vniuersa est illa ratio, quae omnino est eadem, tum abstracta, tum ut contracta; idē, quae nullas includit differentias tum in statu abstractionis, tum in statu contractionis. Similiter illud non facit rationem entis esse præcisam analogam, quod non includitur in ratione entis præcisa, negatur, si formaliter includatur in ea ut contracta. Hoc autem argumento vñus sum nuper aduersus eos, qui negant transcendentiam esse causam analogie, neque potest illis mea responsio esse vñus.

Ad tertiam liquet responsio ex dictis in tertia conclusione.

Q VÆ S T I O . II.

C De essentia, existentia, & possibiliteate entis.

Non potest adæquatè intelligi conceptus entis realis, de quo dixi haec tenus, donec tria illa de ipso explicentur, in quibus tota veritas realitas; earum autem recta intelligentia ita exigit: primò, an & qualis sit distinctio inter essentiam & existentiam: secundò, an & qualis sit actualitas essentiae ab æterno: tertio, quid sit rerum possibilitas ante ipsam existentiam.

S E C T I O . I.

D An sit aliqua distinctio inter essentiam & existentiam.

Certum est primò, proprium essentia conceptum esse, sicuti nuper posui, ut sit res ipsa, quatenus definitione aliqua explicabilis est; hinc id, quod est radix, & fundamentum omnium proprietatum, quae sunt in aliqua re. Conceptum autem existentiae proprium esse ut sit forma materia physica, quae res formaliter transit a statu possibilis ad statum propriam actualitatis; sic brevius, ut sit ipsa rei actualitas. Primo dicitur *forma*, quia concipitur advenire ipsi essentiae, & eam determinare; non est tamen physica quædam forma, cum non distinguitur realiter ab essentia, ut mox dicam; sed concipitur tamen tanquam actuans & determinans essentiam ipsam rei. Dicitur deinde, quæ res formaliter transit a statu possibilis, ut distinguatur à causa efficiente, quae constituit rem extra statum possibilis efficienter duxit; existentia verò constituit formaliter, quia tribuendo seipsum, & intrinsecè rem afficiendo, ponit eam extra statum possibilis. Quid autem sit huiusmodi statutus, dicitur sicut. 3. Nunc satis est scire, illum illa statutum, in quo sunt creature antequam producentur; sicuti status actualitatis est is, in quo sunt creature postquam sunt productæ, & nondum sunt

Quæst. II. Sect. I. de Essentia & Existenti. 631

sunt destruetæ ; in quo videlicet dici potest , quod res alibi sit , & apta sit habere veros effectus , & veras proprietates ; quem statim exprimere soleamus his verbis , *Extra causas suas esse* : quod patet solis creaturis posse conuenire ; Deus enim nullas causas habet , cùm tamen perfectissimam habeat actualitatem , & existentiam .

Denique dixi existentiam constitutre rem aliquam in statu proprie actualitatis , quia res etiam antequam producantur , actualitatem quandam habent in suis caulis ; neque tamen habent existentiam , quia propriam non habent actualitatem .

Triplex comparatio existentiam . Primum enim potest comparari essentiam & existentiam ; Primum enim potest comparari essentiam propter in statu possibilis cum existentia exercita & actuali : secundum essentiam propter actualis , reduplicatiue cum actuali existentia . Terterum sumi potest essentia ut actualis specificatiue , id est propter nec dicit existentiam , nec illam negat , sed praescindit ab existentia & non existentia . Non est dubium quin essentia in secundo sensu , sive propter actualis reduplicatiue , identificetur etiam ratione cum existentia , quia essentia propter habens actualitatem est essentia formaliter ut existens . Difficilias igitur ratiū est de essentia sumpta in primo & tertio sensu , an realiter distinguatur ab existentia , deinde utrum distinguatur ratione .

§. I.

Vtrum essentia & existentia distinguantur realiter .

Partem affirmatiuam sequuntur Thomistæ omnes communiter , & cum illis Molina 1. p. q. 3. art. 4. disp. 2. Fonseca 4. Metaphys. cap. 2. quæst. 4. sect. 1. Negatiuam tenent Scotistæ , ac Nominales , & cum illis Suarez disp. 3. sect. 1. & 5. Valentia 1. p. disp. 1. quæst. 3. p. 4. Vasques 1. p. disp. 179. alii que Recentiores .

Prima dubitatio . Ratio autem dubitandi est primum , quia nihil esse potest in potentia ad seipsum : sed essentia dicitur esse in potentia ad existentiam : ergo existentia & essentia sunt distinctæ . Deinde nihil concepi potest cum opposito eius cui identificatur : sed essentia concepi ut possibilis : ergo essentia non identificatur cum existentia .

Secondum essentia Petri nunc existens est eadem numero cum essentia Petri , quæ ab æterno est possibilis ; hæc enim numero essentia Petri fuit ab æterno possibilis : sed essentia Petri ab æterno possibilis , non identificatur cum existentia actuali , quia existentia non est ab æterno , essentia vero est ab æterno : ergo actualis existentia Petri non identificatur essentia . Imò illa essentia Petri , quæ ab æterno est , concipiatur eadem inuariata essentialiter , sine existat , sive non .

Tertiū , receptum & recipiens distinguuntur : sed recipiens est essentia , existentia vero est receptum ; dicitur enim communiter quod creaturæ habent esse receptum , esse autem Dei est esse irreceptum , atque adeo Deum esse actum purissimum . Non potest autem intelligi esse illud receptum creaturæ ; nisi quod existentia eius recipitur in essentia : ergo distinguuntur in creaturis existentia & essentia . Vnde ,

Quarta. Quartus argumentor . Si existentia & essentia essent idem à parte rei , sequeretur non magis distinguiri essentiam & existentiam in creaturis quam in Deo , atque ita creatura tam esset ens per essentiam

A quam Deus ; & existentia tam esset essentialis creatura quam Deo : hoc autem falsum est Theologi omnes afferunt ; admittenda enim est in creaturis compositio ex essentia & esse , quæ in Deo nulla est ; Deus enim est suum esse , & ens per essentiam existens ; quod conueniet creatura si existentia sic eius essentia : ergo in creaturis essentia & existentia distinguntur . Imò quod conuenit contingenter , non conuenit per essentiam : existentia conuenit creaturæ contingenter : ergo non conuenit per essentiam .

Dico primum , essentiam propter possibilem distinguiri realiter negatiue ab actuali existentia .

Ratio evidens est , quia illa distinguuntur realiter negatiue , quorum unum est ens , & alterum est non ens : sed essentia possibilis est non ens , existentia vero actualis est ens : ergo essentia possibilis , & actualis distinguuntur realiter negatiue , id est una dicit realiter id quod altera negat . Deinde certum est existentiam distinguiri à negatione sui : sed essentia possibilis habet parentiam existentiae : ergo essentia possibilis non est actualis existentia .

Dices , hinc sequi quod essentia possibilis est subiectum priuationis existentiae ; habet enim parentiam existentiae .

Considero essentiam non esse subiectum existentiae , sicut homo mortuus non est subiectum mortis ; idem enim homo dicitur esse viuus & mortuus , non quod homo qui erat viuus , sit subiectum mortis ; sed tantum quod transmutatur ē viuus in mortuum : similiter enim eadem res transmutari dicitur , ita ut nunc careat existentiæ , & dicatur possibilis ; nunc habeat existentiam , & dicatur actualis .

Dico secundum , essentiam actualem non distinguiri modo realiter ab existentia .

Ratio est primum , quia essentia & existentia non sunt duæ res distinctæ , si absque superaddito intelligatur rem existere eo ipso quod essentia illa quæ erat possibilis , ponitur extra causas : sed eo ipso , quod essentia quæ erat possibilis , ponitur extra causas , recte intelligitur res existere sine illo superaddito : quod probo . Illud intelligitur existere , quod intelligitur esse actu , non autem in statu possibili : sed eo ipso , quod aliqua essentia ponitur extra causas , nihil aliud intelligendo , res intelligitur esse actu , non autem possibili : ergo intelligitur existere .

Secondum : si essentia & existentia duæ sunt res distinctæ , necesse est ut terminent duplex fieri : sed probatur . Si essentia terminaret aliquod fieri seclusam existentiæ , esset extra causas seclusa existentiæ ; per ipsum enim fieri res est extra causas : sed essentia non potest esse extra causas seclusa existentiæ , cùm existe-re non sit aliud quam esse extra causas : ergo implicat ut essentia & existentia terminent duplex fieri . Confirmatur : nam in illo priori signo , que Angelus v. g. intelligitur terminare creationem præscindendo à quolibet alio accidente superaddito , est formaliter extra causas ; intelligitur enim esse creatus actu à Deo , esse dependens , egreditus à sua causa , non autem in ea tantum existens , sed revera in seipso : ergo intelligitur existere .

Tertiū admissa reali distinctione inter essentiam & existentiam , admittendus necessariò est progressus in infinitum ; nam illa existentia distincta realiter ab essentia , necessariò est aliqua realitas : ergo propter distincta realiter ab essentia , habet essentiam . Vel igitur existentia realiter distinguiri ab hac secunda essentia , vel non distinguiri . Si non distinguiri : ergo essentia & existentia non distinguuntur . Si distinguuntur , iterum hæc existentia habet rea-

Existentia possibilis distinguuntur .
Probatio .

Existentia actualis non distinguiri .
Prima probatio .

Secunda probatio .

Tertia probatio .

litatem & essentiam distinctam ab illa essentia, à qua si distinguitur, iterum habet essentiam ab illa distinctam, & sic in infinitum.

Solutio prima dubit.

Ad primam respondeo distinguendo maiorem: nihil concipi potest in potentia activa vel passiva ad seipsum, concedo; in potentia obiectiva, nego: potentia enim obiectiva est ipsa rei possiblitas. Essentia ergo quando est possibilis, concipiatur in potentia solum obiectiva, non in potentia activa vel passiva. Similiter distinguitur etiam altera maior: nihil concipi potest cum opposito eius cui est essentialiter identificatum, & formaliter, concedo; non enim licet coniicere, v. g. hominem cum opposito rationalitatis: cui est identificatum realiter tantum, non autem formaliter, nego. Nam albedo v. g. quae fundamentum est relationis, concipi potest cum opposito ipsius relationis, id est sine similitudine. Essentia vero & existentia, tametsi sive unum realiter, formaliter tamen distinguuntur, ut dicam statim.

Solutio secundæ.

Ad secundam respondeo ad illam propositionem, *Essentia Petri nunc existens eadem est numero cum essentia Petri, qua ab aeterno possibilis est*, distinguo; eadem est actus & adaequatus, nego; eadem est in potentia & inadaequata, concedo. Ideo essentia Petri existens secundum suam quidem entitatem, illa ipsa est, quae era possibilis; sed tamen in diuerso statu: nam existens est in statu actualitatis, possibilis autem erat in statu possibilis; unde nego illam esse adaequatè eandem actu, cum habeat statum diuersum ab eo quem habebat prius. Imò codem argumento aduersarij premi possunt, quibus opponi sic potest. Actualis existentia illa ipsa est, quae fuit possibilis: sed existentia possibilis ut sic non est exercitium actuale ipsius existentiae: ergo neque actualis existentia. Sicut ergo illi dicentes, existentiam actualem non esse actu eandem adaequatè cum existentia possibili, sed inadaequata solum & in potentia; idem etiam à me dicitur de essentia possibili & actuali.

Solutio tertiae.

Ad tertiam respondeo, posse dupliciter aliud esse receptum appellari: primò receptum in aliquo secundò receptum ab aliquo. Ille creatura non est necessariò receptum in aliquo; substantia enim non est in alio: sed receptum necessariò est ab aliquo, à causa nimirum efficiente. Cum tamen esse diuinum neque receptum sit in aliquo, nec ab aliquo. Vel etiam essentia creaturæ non est receptua realiter existentia tanquam eius subiectum, sed formaliter tantum & per conceptum. Existentia diuina, neque realiter, neque formaliter recipitur in essentia; quia illæ in Deo identificantur, tum realiter, tum formaliter; unde,

Solutio Quartæ.

Ad quartam respondeo essentiam diuinam non in eo differre à creatura, quod diuina realiter identificetur existentia, creatura vero non identificetur: sed differunt, ut dixi, quod crea differat conceptu, diuina ne ratione quidem distinguuntur; existentia enim est eius essentia formaliter, cum Deus existat essentialiter. Quando ergo dicitur, *Deus est esse per essentiam & suum esse*, duplex esse potest sensus: primus est, Totum quod est in Deo, est Deus; nihil in eo est, quod non sit Deus: iustitia v. g. Dei est Deus. Non ita res habet in creaturis, v. g. in homine multa sunt accidentia, multæ partes, quæ non sunt homo. Secundus sensus est, Deus ita existit essentialiter, ut eius existentia sit formaliter eius essentia, quod in creaturis non ita esse modo declarandum est.

§. II.

Vitrum existentia & essentia distinguuntur conceptu.

Existentia reduplicatur ut actualis identificatur cum existentia, non solum realiter, sed etiam conceptu, sicut supra dixi. Difficultas ergo est, vitrum essentia specificatio ut solum actualis, que neque dicit, neque negat existentiam, distinguatur ab ea per conceptum, ita ut conceptus unus obiectus reprætentet essentiam, qui non reprætentet existentiam, etiam confusc.

B Ratio dubitandi primò est, quia illud omne, quod in suo conceptu includit realitatem, includit necessariò existentiam, vel possibilem, vel actualem. Ille conceptus, qui repræsentat essentiam, includit necessariò existentiam: ergo essentia & existentia non distinguuntur conceptu, cum esse reale non sit aliud, quam existere potentiam vel actu. Imò si essentia distinguatur tanquam formalitas ex parte obiecti ab existentia, sequitur processus in infinitum; nam formalitas illa existentiae est ens: ergo habet essentiam; & sic in infinitum.

C Secundò: Existentia prout praesens ab essentia, includit necessariò rationem entis: sed ratio entis significat id quod habet essentiam: ergo existentia necessariò in suo conceptu includit essentiam, atque ita non distinguatur ratione ab essentia. Deinde, vel essentia concipiatur in statu possibili, & sic includit existentiam possibilem; vel in statu actuali, & includit existentiam actualem: ergo quomodo cumque concipiatur essentia, semper includit existentiam. Denique creatura concipi non potest sine creatione: ergo neque sine existentia; creatio enim non potest considerari sine suo termino: sed terminus creationis est existentia: ergo creatio concipi non potest sine existentia.

D Tertiò: Illa formalitas, qua per precisionem est essentia, & non existentia, est reuerba possibilis, & realis: ergo quando concipiatur illa formalitas essentiae ut possibilis & realis, concipiatur formalitas existentiae. Imò argumentor euidenter. Ut essentia & existentia distinguuntur conceptu ex parte obiecti, necessere est ut conceptus essentia, concipiatur ex parte obiecti aliud, quod non concipiatur conceptus existentiæ; & contrà, quando concipiatur existentia, non concipiatur essentia: hoc vitrumque falsum est; nam conceptus essentia possibili, concipiatur totum quod est possibili: sed illud idem totum, quod est existens, erat possibile: ergo quoties concipiatur essentia possibilis, totum concipiatur quod est existens: ergo conceptus essentia, concipiatur existentia; & conceptus existentia, concipiatur essentia; quia concipiatur totum quod est existens: sed totum quod est existens, erat possibile: ergo conceptus existentia concipiatur essentia. Neque certum recurrere ad diuersum statum dicendum, quod eadem res est existens, & possibilis: sed habet statum quando est existens, quem non habet quando est possibilis. Contrà enim isto. Ille status, quem res habet dum existit, prius erat possibili: sed conceptus essentia possibili, concipiatur totum quod est possibile: ergo conceptus essentia possibili, concipiatur etiam hunc status.

E Dico primò, essentiam actualem specificatio sumptam distinguere ratione ratiocinata per conceptum obiectuum diuersum ab existentia actuali, & existentiam specificatio possibilem distinguere ratione & esse ab existentia possibili. Ita communis fuit sensus cum Doctorum,

Quæst. II. Sect. II. Essentiæ ab æterno. 633

Doctorum, ut rectè ostendit Suarez *disp. 31. sect. 6.*
repugnant autem quidam Recentiores etiam Theologici, qui multa hinc disputant de distinctione scientia simplicis intelligentia in Deo, à scientia visionis; altera enim est scientia possibilium, altera existentia; vnde si non distinet conceptu essentia ab existentia, sequitur neque distinguunt conceptu duas illas scientias; quæ tota doctrina nititur leuissimâ vocum æquiuocatione, ut patet.

Probatur.

Ratio est, quam nuper indicauit, quia existentia non potest esse essentia enti contingenti, qualis est omnis creatura: sed si essentia creature formaliter esset eius existentia, sequeretur existentiam essentiale esse creature; tota enim ratio cur, existentia essentia sit Deo, est quia existentia est formaliter essentia Dei, qui proprieatè dicitur reuerâ ens per essentiam; ergo existentia creature non est formaliter eius essentia, alioquin verum omnino esset, quod creature est ens per essentiam, seu existens essentia alterius. Deinde quando dicimus essentiam Angeli v.g. non esse illius existentiam, sensus non est, quod eius essentia non sit eius essentia; hoc enim est aperte falsum: sed si essentia & existentia Angeli identificantur conceptu, sensus huius propositionis, *Angeli essentia non est eius existentia*, erit iste: Angeli essentia non est essentia: ergo essentia & existentia non sunt unum conceptu: est autem certum, quod de solo Deo verum est, eius essentiam esse existentiam.

Eius fundamen-tum.

Dico secundò, explicari recte posse distinctionem rationis inter essentiam & existentiam absolute sumptas, ut essentia dicat solum præcisam rei quiditatem, que definitione explicatur, & à qua res habet quod sit in tali vel tali gradu rerum generis & speciei, & quod ei tales debeantur proprietates; existentia vero dicat statum illum actualitatis, quem essentia de novo habet, quando de facto inuenitur alicubi in rerum natura. Statum de novo acquirentes creatæ, dum producuntur à Deo, & ex eis exira suas cauas. Si enim Deus vellet, non acquirerent unquam illum statum, sed manerent semper in statu potentialitatis. Ipse vero Deus statum illum actualitatis ab æterno habuit, eumque vi existentiae propriae sibi vindicat. Fundamentum vero huius distinctionis, quam efficit intellectus noster inter essentiam & existentiam, est indifferencia illa, sive non repugnans creaturæ ad vitrumque statum, potentialitatis videlicet & actualitatis, cum enim ex se neque hunc, neque illum statum sibi vindicer, sive illum de facto habeat, possumus apprehendere illam præscindendo ad vitroque statu; & tunc conceptui nostro responderet concepus obiectivus solius essentiae; quando vero eam apprehendimus sub statu actualitatis, superaddimus essentiae alterum conceptum obiectivum existentiae.

Compositum Meta-physicum.

Ex quibus colligo, resultare necessarium ex essentia & existentia compositum unum Metaphysicum, in quo essentia se habet ut aliquid determinabile, existentia vero ut determinatum; cum enim essentia præcisè sumpta per intellectum ponatur velut in statu indifferente ad potentialitatem & actualitatem, actualitas tollit illam indifferenciam, & essentia determinat ad unum statum; vnde merito essentia rationem habet determinabilis, existentia vero determinat.

Solutio prime di- bitionis.

Ad primam respondeo concedendo quod essentia in suo conceptu includit rationem entis realis, saltem inadæquate; vnde distinguunt illa minor: sed ratio entis realis includit necessariam existentiam, adæquate considerata, concedo; considerata inadæquate, nego. Nam adæquate considerata ratio entis

A est id quod habet essentiam aptam existere: inadæquate, autem considerata est id quod habet essentiam, seu quod potest habere veras proprietates & effectus præscindendo ab actualitate, & possibilite. Deinde nego dari processum infinitum in formalitatibus, si formalitas essentiae differt à formalitate existentiae. Fateor enim quod hæc formalitas existentiae præcisa ab essentia, includit rationem entis in communi, atque adeò includit essentiam in communi, seu essentiam prout significat conceptum entis in communi; sed non significat essentiam hanc in particulari, v.g. essentiam hominis. Dixi autem existentiam posse præscindi ab essentia in particuliari, non ab essentia in communi: ex quo

B Ad secundam responsio eadem est, quod existentia, prout præscindens ab hac essentia in particula-
ri, semper includit rationem entis & essentiae in communi.

Solutio
secundæ.

Deinde quando dixi essentiam abstractam à statu possibili & actuali, prout significat id quod ipsa definitione rei explicatur, & est quidditas cui debentur verae proprietates. Si enim sumatur essentia ut possibilis, includit haud dubie possibilem existentiam; & si sumatur ut actualis, includit existentiam actualem; idè in conclusione dixi, essentiam specificatiæ actualem, vel possibilem, id est prout sumatur pro pura rei quidditate, distinguere ratione ab existentia.

Denique verum est, essentiam creatam, reduplicatiæ ut creatam, non posse concipi sine creatione & sine existentia possibili & actuali; sed essentia prout abstrahit à creata & increata, sine utraque concipiatur; idè creatura non potest adæquate concipi sine creatione, sed concipi potest inadæquate sine illa.

C Ad tertiam corrut totum argumentum ex dictis; Solutio
est enim, ut monui, mera verborum æquiuocatio,
tertiae.

qua si tollatur, explicato nomine essentia, nihil supereft de quo possit dubitari. Illa igitur formalitas, qua est essentia & non existentia, non concipiatur ut possibilis, neque ut actualis, ut lepe monui. Vnde, quando abstrahitur essentia ab existentia, aliquid tunc ex parte obiecti concipiatur conceptum existentiae, nimirum ipsa rei quidditas; & quando concipiatur existentia, concipiatur aliquid quod non concipiatur conceptum existentiae, nimirum rei actualitas extra suas causas. Hanc igitur propositionem, Conceptum existentiae possibili, concipiatur totum quod est possibile, distinguo; conceptum existentiae possibili reduplicatiæ ut possibili, concedo; conceptum existentiae possibili specificatiæ ut possibili, seu abstrahendo à rei possibilitate, nego concipi totum quod erat possibile. Similiter quando concipiatur existentia adæquate secundum quod est actu, verum est concipi totum quod est existens & prius erat possibile; sed quando inadæquate tantum existentia concipiatur, non concipiatur totum quod est actu, sed sola, vt dixi, rei actualitas.

S E C T I O N . II.

An essentia ab æterno habuerint aliquod esse
actuali ante ipsam existentiam.

P Osto quod essentia & existentia sint à parte rei una res, disputatur ulterius, vtrum antequam es-
sentia creatæ acceperint essentiam, habuerint ab æterno esse aliquod reale aeternale. Certum enim est, illa habuisse esse possibile, de quo dicetur sectione sequenti. De illo igitur esse actuali essentiarum qua-
tuor inuenio sententias, in quibus singulis non mo-
tor. Primo enim Vycrellus volbat essentias non sententia
esse. V. Vicent.

esse purum nihil antequam creentur, sed habere verum quoddam esse reale in Deo, quod destruet existentia non destrueretur; atque adeo quamlibet creaturam ratione illius esse realis, & aeterni esse ipsum Deum: quod delirium in Concilio Constantiensi meritò damnatum, non eger refutatione; quomodo enim essentia illa, quæ prius erat Deus, desinere potest esse Deus? cum Deus sit ens necessarium & immutabile. Imò cùm simplicissimus, & unissimus Deus sit, quomodo essentia illa revera plures esse possunt, essentia illa una? Cùm autem dixit Augustinus, creature habere quoddam esse intelligibile, & illud esse Deum, intelligendus est de esse eminentiali, quia Deus continet eminenter omnes creature; & illud esse est ipse Deus. Deinde habent etiam esse intentionale, sive obiectuum in mente Dei, à quo cognoscuntur. Secunda sententia docet, creature antequam creentur, habere quoddam esse in seipsis per emanationem à Deo ut causa exemplari. Quod etiam est vanissimum, quia causa exemplaris nunquam in actu secundo causat, nisi quando efficiens actu operatur. Tertia sententia tribui solet Scoti, quod essentia rerum priusquam crearentur, habuerunt in Deo esse quoddam diminutum, quod accepterint vi solius cognitionis diuinæ. Sed per illud non intellexit aliud Scotus, quām esse obiectuum & cognitum, quale accipiunt entia rationis dum sunt. Quarta sententia est, essentias rerum creatarum antequam incepit per productionem existere in singularibus, habuisse quoddam esse uniuersale, positivum & reale, omnino necessarium, actuale, independens à Deo, quod ipsi appellant esse essentia, distinctum à modo existentia, qui per creationem superadditur.

Ratio enim dubitandi est primò, quia si essentia rerum pendent à Deo, sequitur illas mutari posse à Deo; Deus autem rerum essentias mutare nullo modo potest, non enim facere potest ut homo non sit animal rationale: ergo essentia rerum non pendent à Deo, saltem quoad esse essentia. Imò cùm Deus ab aeterno sit causa exemplaris, oportet ut ab aeterno etiam sit ipsum exemplatum. Denique cum Deus ab aeterno cognoscat omnes essentias, certè si essentia illa sunt nihil, sequitur nihil Deum cognoscere ab aeterno.

Secundò est possibile conuenit nunc actu Petri possibili; nam verè dicitur, *Petrus nunc est possibilis*. Imò nunc Petrus possibilis actu differt à chimæra: sed esse possibile, est aliquid reale: ergo nunc actu conuenit Petro aliqua realitas: ergo essentia Petri actuale nunc haber esse.

Tertiò ab aeterno verum est dicere, *Homo est animal rationale*: sed hoc verum esse non potest, si essentia non est actu realis ab aeterno; quod probbo. Quia subiecto quod est actu nihil, non possunt actu tribui praedicata realia, alioqui subiectum illud esset nihil, & aliquid reale. Nihil, quia supponitur. Aliquid reale, quia reales habet proprietates. Deinde verbum, *est*, significat actualitatem: ergo quando dicitur, *Homo est animal rationale*; significatur actualitas aliqua hominis, que si aeterna est, homo habet actualitatem aliquam ab aeterno, quae cùm non sit esse existentia, est saltem esse essentia.

Dico primò, rerum essentias priusquam producentur in singularibus, non habuisse ullum ab aeterno esse vel uniuersale, vel singulare, positivum & actuale; sed illas fuisse simpliciter actu purum nihil, tamen dici possunt reales secundum quid, quatenus sunt possibles.

Ratio breviter est; multa enim congerit Suarez, quibus demonstrat, repugnare fidei esse illud essen-

tia independens à Deo; omnia enim ab ipso pendunt & facta sunt, alioqui creatura secundum se tantum non est sub dominio Dei. Ratio, inquam, est, quia omne quod est ens à se aeternum, est Deus; essentia rerum quod esse illud essentia, entia sunt à se: igitur essentia illa quod esse illud essentia sunt revera Deus. Deinde vel Socrates possibilis differt à Socrate actuali secundum totam suam realitem, vel secundum nihil. Si primum: ergo Socrates ille, qui nunc est, non erat possibilis. Si secundum: ergo secundum illud, quo differt, non erat possibilis. Si ultimum: ergo Socrates possibilis non est actu realiter & positivè ante productionem, quia Socrates non est actu existens ab aeterno. Denique à priori ratio est, quia essentia & existentia sunt realiter unum: sed omnis existentia est à parte singularis & producta, nec est ab aeterno: ergo neque ipsa res essentia est improducta, neque ab aeterno.

Dico secundò, dari omnino propositiones alias, tum formales, tum obiectivas, aeternitatis; id est, ab aeterno veras absolute, non tantum conditionate, etiam in seipsis consideratas, non tantum quatenus in intellectu diuini representantur, & in eo habent esse intentionale. Tres sunt partes conclusionis breviter probanda.

Prima docet, esse propositiones alias ab aeterno veras, tum formales, que sunt operationes intellectus aliquid enunciantis; tum obiectivas, que sunt res ipsa protu enunciatur ab intellectu.

Ratio manifesta est, quia quæ semper sunt idem, & semper fuerunt idem, eorum unum semper tribui potest alteri: sed extrema illarum propositionum, *Homo est rationalis*; sunt idem, & semper fuerunt idem: ergo unum potuit semper tribui alteri. Deinde illa propositio formalis, sive illa cognitio est vera, quæ conformis est obiecto: sed ab aeterno cognitio diuina versata circa obiectum necessarium fuit conformis obiecto illi necessario; cognitio enim hominem esse animal rationale, quod est verum, & omnino necessarium: ergo illa propositiones formales fuerunt ab aeterno vera; sufficiente similiter vera, si fuisset ab aeterno creatus aliquis intellectus, qui enunciaret, *Homo est animal*; quia sufficiente conformes obiecto. Denique, quod propositio etiam illa obiectiva vera sint, probatur; quia veritas obiectiva est infallibilis & necessaria res, quæ cognoscitur: sed res quæ cognoscitur, quando dico hominem esse animal rationale, necessaria est, & infallibilis, cùm predicatum sit essentia ipsa subjecti: ergo illa propositio obiectiva etiam habet veritatem.

Secunda pars afferit, veras esse illas propositiones veras etiam absolute, non tantum sub conditione, quod ad illas res existerent. Ratio est, quia veritas propositionis alicuius conditionalis semper fundatur in veritate necessaria propositionis alicuius absolute, v.g. vera est propositio hæc conditionata, *Si Petrus est homo, necessario est rationalis*; quia fundatur in propositione absolute vera, *Homo est rationalis*: ergo si ab aeterno vera est propositio aliqua conditionalis, vera est propositio absolute. Deinde, quocies predicatum & subiectum ita sunt idem, ut unum significet idem quod aliud, propositio vera est absolute, cùm unum sit de alterius essentia: sed in hac propositione, *Homo est animal*, predicatum & subiectum significant idem: ergo illa propositio absolute ac sine conditione vera est.

Tertia pars afferit, propositiones illas obiectivas, quæ ab aeterno esse veras erant in seipsis; video enim placere quibusdam Doctribus, quod illæ non sint vere, nisi quatenus intentionale quoddam esse habent in

Secunda sententia.

Tertia sententia.

Quarta sententia.

Prima dubitatio.

Secunda dubitatio.

Tertia dubitatio.

Essentia non sunt actu ab aeterno.

Probatio.

Quæst. II. Sect. II. Essentiæ ab æterno. 635

in divino intellectu eas cognoscere, quod admitti nullo modo debet, quia Scientia est de rerum naturis in se consideratis, non autem de illis secundum esse ideale, quod in Deo habent: sed Scientia versatur circa illas propositiones: ergo illæ sunt in seipso veræ. Deinde, quod est simpliciter necessarium, semper est necessarium: obiecta illarum propositionum, necessaria sunt simpliciter, ut dixi; ergo illæ sunt in seipso semper necessaria.

Dico tertius, veritatem æternam illarum propositionum fundari duntaxa in sola identitate terminorum, non autem in illa actualitate; id est, non in actuali, sed in essentiali connexione terminorum.

Ratio est, quia in propositionibus de tertio adiacente copula, est, significare aliquando soler actualem connexionem prædicati & subiecti, ut si dicam, *Homo est loquens*; aliquando autem significat actualem connexionem terminorum, ita ut significetur duntaxa identitas subiecti cum prædicato, id est, unum diversum non esse ab altero, sive de facto reperiuntur in rerum natura, sive non. Identitas enim illa significare per verbum, est, non debet esse aliquid reale & actuale, neque supponere debet realitatem actualem prædicati & subiecti; sed quodcumque illa se habeant, sive sint in statu potentialitatis, sive in statu actualitatis, sed alterum pertineat ad alterius essentiam, neque dicat aliquid diversum. Quia tunc propositio est æternæ veritatis, quando prædicatum est de essentia, vel certè cum illo est idem; ut, *Anicbris est peccatum*. Ergo manifestum est, propositiones illas, etiam si nullum significant actualitatem, esse tamen ab æterno veras, quia significant solum identitatem & connexionem essentiale terminorum.

Solutio
prime du-
bitationis

Ad primam respondeo essentias rerum creatarum esse mutabiles quoad totam actualitatem, quam habent semper dependentem à Deo; non esse mutabiles, neque à Deo pendentes secundum connexionem & identitatem terminorum essentialium; Deus enim non potest facere ut homo, & animal rationale non idem significant; neque hinc sequitur, quod essentiae illæ præcisæ existentia sunt aliquid actu secundum hæc prædicta; sed tantum quod si sunt actu, exigant habere illa prædicta. Deus ab æterno est causæ exemplaris in actu primo, non in actu secundo; ideo exemplatum non est actu ab æterno. Deus quoque ab æterno cognoscit omnia possibilia & omnia futura, quæ fuerunt actu nihil. Valde autem differunt hæc duo; nihil cognoscere, id est non habere villam cognitionem; & cognoscere id quod actu est nihil, sed potest tamen esse, vel etiæ erit. Falsum est dicere quod Deus ab æterno nihil cognoverit; verum est, quod cognoverit multa, quæ actu nihil fuerunt, sed erant tamen possibilia & futura in tempore.

Solutio
seconde

Ad secundam respondeo, possibilitatem non esse aliquid reale actuale, ut dicetur sequenti sectione; nunc tantum dico, Petrum possibilem non differe nunc actu à chimera, per aliquid quod nunc sit actu, sed per aliquid quod nunc possit esse actu.

Solutio
tertiae

Ad tertiam respondeo ex dictis nuper de veritate propositionum necessiariorum, distinguendo illam propositionem. Ab æterno verum est dicere, *homo est animal rationale*; si enim verbum, est, significet solum identitatem terminorum, concedo; si aliquam significet actualitatem, nego. Subiecto quod est nihil simpliciter, non possunt attribui prædicta simpliciter realia; sed subiecto quod est secundum quid realia, sive quod est possibile, possunt attribui prædicta secundum quid realia, sive quæ possunt esse actu, quamvis sint actu nihil. Essentia antequā existant, & earum prædicta, non sunt actu, neque simpliciter realia, sed secundum quid, quatenus possunt

A esse actu, quamvis ab æterno nullo modo sint actu.

Instabis primò. Identitas illa prædicati & subiecti, quæ fundat veritatem harum propositionum, Prima iugum, stantia. vel est aliquid reale actuale ab æterno, vel non est aliquid reale. Si est aliquid reale actuale: ergo datur aliquid reale ab æterno actuale à Deo independens. Si non est aliquid reale: ergo non potest fundare veritatem realem & actualem illarum propositionum.

Respondeo identitatem illam terminorum non esse aliquid actuale ab æterno reale, sed esse aliquid ab æterno reale possibile, & hoc sufficere ut illæ propositiones sint ab æterno veræ; nam ut propositionis formalis actu sit vera, sufficit ut obiectum eius sit possibile, vel futurum; est enim actu verum non per aliquid quod sit actu, sed per aliquid quod esse potest actu.

Instabis secundò. Illa propositionis formalis, *Homo est animal*, actu ab æterno est vera in intellectu diuino: ergo illa identitas ab æterno est actu. Secunda:

Respondeo negando consequentiam; nam ut propositionis formalis sit actu vera, non requiritur ut propositionis obiectua sit actu existens, sed tantum identitas inter prædicatum & subiectum, sive illa sit actualis, sive possibilis. Quæ omnia clariora nunc erunt ex dicendis de conceptu proprio rerum possibilium.

SECTIO III.

C Quid sit rerum possibilitas antequam existant.

V T rectè intelligatur, quomodo rerum essentiæ non sint vel modo actuales ante ipsam existentiam, necesse omnino est intelligere quid sit illæ esse possibles. Porest autem sumi ens possibile vel in concreto, vel in abstracto. Possibile in concreto, est illa entitas quæ denominatur habere possibilitem. Possibile in abstracto, seu ipsa rei possibilitas est forma ex qua oritur denominatio possibilis.

Difficultas igitur nunc est de possibili secundum utramque significationem. Primo quid sit illud quod denominatur possibile: secundò quid sit illa possibilis, seu forma, per quam denominatur possibile.

Ratio ergo dubitandi est primo, quia illud quod denominatur possibile, non potest esse illud ipsum quod est postea existens, quin ens & non ens identificantur inuicem: res enim possibilis est non ens, res autem existens est ens; sed implicat ut ens & non ens identificantur: ergo res possibilis non potest esse illa eadem res, quæ postea est existens. Indò quod est hodie non ens, non potest etas esse ens: res possibilis est hodie non ens: ergo non potest etas esse ens, & existens. Denique de eo quod est merū nihil, non potest dici aliquid reale; res quæ non existit est non ens: ergo illa non denominatur possibilis, cum illa sit aliquid reale.

Secundò ipsa rei possibilitas, seu forma, per quam Secunda: aliquid denominatur possibile, non potest esse aliud quæ denominatio extrinseca ab omnipotētia Dei,

E per quam potest produci: ergo illa non est aliquid intrinsecum creature. Probo antecedēs. Nulla est conceptibilis possibilis creatura, quæ non dicat essentiam ordinem ad Deum; sed illa possibilis primaria, quæ abstrahet ab omnipotentia Dei, erit prior ordine ad Deum, & non dicet ordinem ad eius omnipotentiam; relata enim sunt simul natura & cognitione: ergo possibilis creatura & primaria non est aliquid distinctum ab omnipotentia Dei. Probatur maior, quia creatura possibilis ut sic est ens per participationem ab alio: sed ens per participationem ab alio, connotat necessariò potentiam Dei: ergo creatura possibilis ut sic connotat potentiam Dei.

Tertiò si possibilis creatura & primaria non est Tertia: denonim

denominatio ab omnipotentia, creatura erit possibilis radicaliter antequā Deus possit illam producere: sed implicat ut sit prius possibilis quām Deus possit illam producere: ergo possibilitas primaria est denominatio ab omnipotentia. Probatur maior. Nulla realitas esse potest, aut concepi prior quām id quod est simpliciter primum ens & primaria radix totius realitatis & possibilitatis: sed Deus est simpliciter primum ens & primaria radix totius realitatis & possibilitatis: ergo nulla realitas potest concepi prior quām Deus, & quām eius omnipotentia.

Quarta.

Quarto omnipotentia seipsā est potens & factiuū creaturarum: ergo seipsā illas denominat factibiles & possibilis. Probo antecedēs. Potens ut potens, aliquis est potens, & factiuū ut sic, alicuius est factiuū: sed quod scīpō factiuū est, alicuius factibilis est factiuū: ergo Dei omnipotētia quā seipsā factiuū est, factiuū est creaturarum factibilium, & illas denominat factibiles. Confirmatur, quia sicut per eam formā, quā ego denominor videns, obiectū denominatur visibile; & per eam actionem, quā causa denominatur agens, terminus denominatur actus: ita per eam formam quā Deus denominatur potens & factiuū, creature denominatur possibilis & factibilis.

Quinta.

Quinto implicat ut aliquod concretum dicat in recto subiectū, & in obliquo negationem illius subiecti: sed si res possibilis sit ipsa res ut dicens negationem existentiæ, concretum erit huiusmodi: ergo res possibilis non est ipsa res ut dicens negationem existentiæ. Denique illud non includere contradictionem, est aliquid actuale; nam Petrus actu est possibilis, & actu differt à chimāra: ergo esse possibile est aliquid actuale.

Probatio.

Dico primum. Id quod denominatur possibile, esse illud igitur ens secundū totam illam entitatem, quam habetur si existeret. Ratio est, quia illud recipit denominationē possibilis, quod potest à Deo produci: sed entitas realis Petri, quā postea exsistit, est id quod potest à Deo produci, & illa ipsa est, quae potest exsistere à parte rei: ergo illa est quae denominatur possibilis: ergo possibile in recto est ipsa res vera & realis, quae postea exsistet, aut existeret, si produceretur. Ex quo confutatur memorata superius insania Vvicleffii, qui voluit res possibilis esse ipsum Deum; res enim possibilis est res illa, quā Deus producit: sed id quod Deus producit, non est ipse Deus: ergo res quae denominatur possibilis, non est ipse Deus. Confutatur etiam alijs, qui aiunt rem quae denominatur possibilis, esse purā negationē. Illa enim negatio nō potest identificari cū re positiva existēte: ergo illa negatio nō potest esse adæquatè ipsa res possibilis. Deinde repugnatia ad essendum est pura negatio: ergo nō repugnatia illa opposita nō est pura negatio, sed aliquid positivū.

Possibilitas non est denominatio ex in-

Dico secundū, id quo res aliqua radicaliter & remotè denominatur possibilis, non est sola denominatio extrinseca ab omnipotētia Dei, per quam illa res potest produci; quanvis illa denominatio vere dici possit proxima possibilitas rei alicuius creabilis. Contra plures è Recentioribus, qui rem possibilem nolunt denominari aliunde quām à Dei potentia, per quam produci potest.

Prima ra-

Obserua tamen possibilitem in abstracto esse posse duplēcē; alia est remota, alia proxima. Remota est fundamentum intinsecum, ratione cuius aliqua res potest fieri à Deo: proxima est id quo creata res dicitur possibilis.

tio.

Prima igitur pars probatur, quia illud formale, per quod aliqua res radicaliter denominatur possibilis, est aliquid commune Deo & creaturis; est enim conceptibilis aliqua ratio communis abstracta, quae non includat Deum aut creature: sed Deus non denominatur possibilis per ordinem ad

A omnipotentiam Dei, ut patet: ergo forma, per quam aliqua res denominatur primariā & radicale possibili, non est ipsa Dei omnipotētia.

Deinde ideo res fieri potest, quia in se nō repugnat: Secundū nō potest autem dici quod propterea est possibili, quia potest fieri à Deo, nullo enim alio argumento probamus rem aliquam non posse fieri à Deo, nisi quia illa in se repugnat: ergo prius est rem aliquam non repugnare, quām fieri posse à Deo.

Præterea si possibilitas primaria & fundamentalis oritur ab ipsa omnipotētia, non autem ab ipsa ut que nō repugnat, nulla est ratio cur Dei omnipotētia potius Petrus denominaret possibilē, quām chimāra: si nimirū nulla in illis assignaretur differentia intrinseca, ratione cuius vna subesse potest tali de-

B nominationi, nō altera: hoc autē nō ita se habet: ergo possibilitas primaria & fundamentalis oritur ab ipsa re, non autē ab omnipotētia; sicut amabilitas radicalis non petitur ab amore possibili, sed ab intrinseca bonitate ac perfectione, ratione cuius res aliqua digna est amore. Confirmatur, quia impossibilitas chimāra non oritur ex defectu omnipotētiae, sed ex intrinseca repugnantiā talis concep̄tus: ergo possibilitas hominis oritur ex intrinseca non repugnantiā conceptus hominis.

Denique virtus erit circulus si omnipotētia definatur. Quae potest facere omnia possibilia; possibile vero dicatur. Quod fieri potest ab omnipotētia; sed si possibile denominetur ab omnipotētia, ut quae illa definitio est vera: ergo possibile non denominatur ab omnipotētia.

C Dico tertio. Fundamentalis & primaria possibilitas consistit formaliter in eo quod res aliqua in suo conceptu non includat duo contradic̄toria, sicut possibile in recto dicit ipsam rem, in obliquo autem negationem duorum contradictiorum in suo conceptu. Si autem res aliqua sit purē possibilis, dicit etiam præterea negationem actualis existētae.

Ratio est, quia per hoc quod aliquid in suo conceptu non includat duo contradic̄toria, redit redditio ratio, cur res possibilis differat à chimāra, quae in suo conceptu dicit duo contradic̄toria. Redditio etiam ratio, cur vna res fieri possit à Deo, non autem alia; quia scilicet aliqua in suo conceptu non includunt contradic̄toria, alia includunt.

Dices res nō existēta, nō potest includere actu dōctrinā: chimāra est res nō existēta actu: ergo non potest includere actu duo contradic̄toria.

Resp. ad maiorem, quod res nō existēta actu potest in conceptu suo includere duo contradic̄toria, sed in se ipsa nō illa includere. Chimāra non dicitur in se ipsa includere contradic̄toria, sed tantum conceptus illae chimārae, qui obicitur intellectu, ea includit.

E Ad primū resp. concedēdo esse impossibile ut ens solū & non ens idētificetur pro eo tempore, quo vnu est prima ens, & alterum non ens; sed posse idētificari pro eo tempore, quo non ens definit esse nō ens, & est verū ens. Res existēta est ens pro eo tempore, quo est exsistē; & nō ens pro tempore quo est nō existēta. Similiter res possibilis est nō ens pro tempore quo existit, id est dicitur, rem possibilē distingui realiter negatiū ab existētae. Ad argumentū igitur resp. Illud quod denominatur possibile, nō potest esse illud ipsū quod postea exsistet, quin ens & non ens idētificetur pro eo tempore, nego; pro diuero, concedo: quod enim prius erat ens, fieri potest non ens, & contrā. Id quod est hodie non ens purē ac simpliciter, non potest etiam fieri ens; sed id quod est hodie non ens, & est tamen possibile, etiam esse potest ens. Denique nihil reale dicci potest de eo quod ita est nihil, ut nō sit possibile; si autē sit possibile, potest de eo dici aliquid reale; sunt enim aliqua denominations quae nō requiriunt actualē existentiam obiectū supra quod cadit.

Quæst. II. Sect. III. Rerum possiblitas. 637

ut quando dicitur, *Homo est mortuus: Dies est præteritus: Antichristus nunc est futurus.* Tunc enim actualis denominatio non cadit supra quidquam actuale, dicuntur enim à Dialecticis tales termini distractiui.

Solutio secunda. Ad secundam respondeo ad illam maiorem : nulla est conceptibilis possiblitas , qua non dicat essentiale ordinem ad Deum , adaequatè considerata , prout est à parte rei , concedo ; concepta inadæquatè , & per conceptum præcisiūm communem Deo & creaturis , nego . Creatura possibilis considerata ut creature , dicit ordinem ad Deum ; concepta verò præcisiù secundūm conceptum possibilitatis communem Deo & creaturis , non dicit ordinem ad Deum , nec est per participatiōnem , vt patet.

Solutio
tertiae.
Ad tertiam respondeo, implicare ut creatura adaequatè sumpta sit possibilis vlo modo antequam Deus possit illam producere; posse autem inadæquatè sumptam esse radicaliter possibilem antequam Deus concipiatur illam posse producere. Creatura sumpta inadæquatè est creatura sumpta secundum aliquam rationem communem Deo & creaturis; quæ ratio sine dubio est prior, quam productibilitas, cum possit illa ratio communis tribui Deo, qui non est producibilis. Ad probationem similiter respondeo: nulla realitas adæquatè sumpta concipi potest vel esse prior eo quod est simpli- citer primum ens, concedo; nulla realitas inadæ- quate sumpta, nego: quia si primum ens esset prius omni realitate sumpta inadæquatè & praesciuè, esset etiam prius seipso; quia illa realitas sic praesciuè sumpta est prædicabilis de illo primo ente, cùm sit ratio communis primo enti, & creaturis,

Ad quartam respondet Dei omnipotentiam, cum seipsa sit potens & factiva, denominare proxime creaturas factiles & possibles sumpta adaequate, non denominare illas radicaliter sumpta inadaequate ac praecisive. Ad confirmationem & probatio nem eadem responsio est.

Solutio
quintæ.

Ad quintum respondeo esse impossibile vt fiat concretum ex subiecto , & ex negatione illius pro eodem tempore ; sed posse fieri concretum ex subiecto , & ex negatione illius pro diuerso tempore : v.g. in hoc concreto , **Petrus fuiurus**, dicitur in recto ipse Petrus, in obliquo autem carentia Petri , sed pro diuerso tempore ; nam in recto dicitur Petrus cras existens , in obliquo negatio Petri existens hodie. Similiter Petrus possibilis dicit in recto entitatem Petri , quæ esset tempore quo existeret ; in obliquo autem negat eandem , non pro tempore quo existeret , sed pro nunc. Denique illud non includere contradictionem est aliquid actuale possibile , non aliiquid simpliciter actuale ; nam esse possibile , est terminus distractus.

DISPV TATIO III.

*De universalimis & primariis
entis proprietatibus.*

HACTENVS dixi, communem conceptum entis & essentiae realis, per quem differt ab ente factio: nunc circa generalia illius attributa possunt plura disputari. Primum de attributis entis generativis: secundum de unitate, quae prima est inter passiones entis; vbi explicari etiam debent varia distinctionum genera opposita unitati: tertium de veritate ac bonitate.

R.P. de Rhodes curs. Philosoph.

QVÆSTIO I.

De passionibus entis generatim.

Tria de huiusmodi entis passionibus generantur
quæ possunt: primæ sunt: secundæ quid
enti superaddant: tertiarum sunt, & quæ inter
se ordinem habeant.

SECTIO I.

*An sint aliquæ passiones entis, & quid enti
superaddant.*

Nomine attributi, passionis, & proprietatis, seu Atributum
affectionis significari solet id quod consequi- quid signi-
tus primum, & quidditatum conceptum aliquiuis ficeret.
rei, ut risibilitas sequitur rationalitatem, & est eius
attributum; essentia enim rei est primarius conce-
ptus, quem de re aliqua formamus, è quo scilicet
tanquam è radice pullulant ea omnia que rei ali-
cui attribui possunt. Secundarij autem conceptus
cuiuslibet rei vocantur eius attributa, quia primario
conceptui attribuuntur tanquam ratione è qua derivantur.
Difficultas igitur est, utrum communissimum ille
conceptus entis aliqua habeat huiusmodi attributa
omni protius enti conuenientia, & ab eo inseparabilia.

Ratio verò dubitandi primò est, quia id quod est attributum essentiæ alicuius, debet esse extra conceptum essentiæ illius, cuius est attributum : illa quæ dicuntur entis attributa, non sunt aliquid extra conceptum entis : ergo ens non habet attributa. Probatur major ; nam attributa entis vel eandem habent realitatem, quam habet ipsam ens ; vel habent distinctam realitatem. Si due sicut : ergo sunt distincta realiter ab ente, & sic sunt non entia. Vel habent eandem, & sic non sunt proprietates, sed essentia ipsa entis. Confirmatur, quia ens ante omnem operationem intellectus est vnum, verum, & bonum : ergo illæ proprietates aliquid enti superaddunt ante operationem intellectus.

D Secundò proprietates entis, ut sunt proprietates, Secunda sunt extra essentiam & aliquid superaddunt: sed ut dubitatio, sunt proprietates, sunt reales: ergo sunt reales propterea sunt extra essentiam entis, & propterea aliquid superaddunt. Confirmatur; nam proprietates non sunt proprietates nisi secundum id quod superaddunt: sed sunt proprietates ut sunt reales: ergo sunt reales secundum id quod superaddunt.

Tertii, si attributa includunt ens ergo ens diuidi potest in illa tanquam in species inferiores, sicut diuiditur in decem categorias, in quibus similiter includitur. Imd si haec attributa concurvantur cum ente, & illud includunt, sequitur quod unum attributum est alterius attributum, v.g. verum est attributum, ponit Tertia dub

Dico primò , ens in communi habere vera & realia quædam attributa.

E Ratio est, quia si ens non haberet veras illas proprietates, ens non esset aliquid scibile, quia omne subiectum scientiae habet reales proprietates, quae de ipso demonstrantur: est absurdum negare quod ens sit aliquid scibile. Praterea multi sunt cõceptus secundarij entis in communij illi sunt entis attributa; ergo enti in communi vera conueniunt attributa.

Dico secundò. Attributa entis non illi superad- Non super-
dunt aliquid realiter distinctum ab ipso ente. addunt ali-

Obserua primò, proprietatem quamlibet super-addere semper aliquid subiecto cuius est proprietas; passio enim subsequitur essentiam sui subiecti, & est extra illius essentiam; supponit enim illam iam constitutam; non supponit autem si passio non includatur aliquid extra illam essentiam. Sed non opinies te

men passiones additamentum æquale afferunt suo subiecto; nam aliqua superaddunt entitatem realiter distinctam, vt quantitas distinguitur à materia, & frigus aquæ, cuius est proprietas. Aliquæ solæ superaddunt modificationem, vt figura quætitati. Aliquæ solam negationem, vt immortalitas non superaddit animæ nisi negationem destrutibilitatis à potentia naturali. Aliquæ superaddunt duntaxat connotationem alienius extrinseci, vt diuisibilitas connotat diuisionem quam superaddit quantitatim. Nō nullæ solū superaddunt formalitatem aliquam nouam, sed adæquatè distinctam, id est, quæ nec in suo conceptu includat essentiam, nec in ea includatur, vt risibilitas. Denique aliqua superaddunt formalitatem inadæquatè distinctam, id est quæ licet non includatur in essentia, eam tamen includit; sic enim vñitas includit conceptum entis, in quo non includitur. Illæ proprietates, quæ superaddunt aliquid realiter distinctum, vocantur passiones, aliae sunt attributa.

Secunda obseruatio.

Obferua secundò, proprietates quilibet posse sumi vel in concreto, vel in abstracto. In abstracto, vt cùm dico *quantum*; in concreto, vt cùm dico *quantitas*. Omnis proprietas sumpta in concreto, prædicatur de suo subiecto, & cum eo identificatur, cùm in recto dicat subiectum: v.g. quantum significat id quod habet quantitatem; cùm autem subiectum illud sit materia, rectè dicitur, *materia est quanta*. At verò attributa in abstracto sumpta distinguuntur aliquo modo ab essentiâ, id est non possunt semper de illa prædicari; falsa enim est hæc propositio, *Rationalitas est risibilitas*, quia abstracta semper sumuntur in sensu formalis, formalitas autem risibilitatis non est formalitas rationalitatis. Si autem proprietas includat essentiam, poterit etiam in abstracto prædicari de essentiâ: v.g. vera est hæc prædictio, vñitas est entitas. His positis,

Ratio conclusionis contra Scotum est, quia si proprietates entis superadherent aliquid realiter distinctum ab ente, illæ necessariò essent nihil; nam omnis quod non est ens, est nihil: ita proprietates non essent entia: ergo essent nihil.

Dico tertio, proprietates entis non superaddere ipsi enti aliquam realitatem, etiam ratione distinctam ab ipso ente; sed inadæquatè tantum. Id est, proprietates entis includunt ens, sed in eo tamen non includuntur.

Ratio est, quia illud formaliter includit rationem entis, quod sumptum formaliter non est purum nihil: attributa reale formaliter sumpta, non est purum nihil: ergo attributa entis formaliter sumpta includunt rationem entis: ergo id quod superaddunt enti, distinguunt solū ratione inadæquatè ab ipso ente.

Solutio prima dubit.

Ad primum pater, quomodo attributa entis superaddant aliquid enti sufficienter ut sint attributa; eandem enim habent realitatem, quam habet ens, sed inadæquatè distinctam formaliter ab ente. Sunt autem proprietates entis independentes ab intellectu eo ipso, quod superaddunt aliquid conceptibile diuerso conceptu.

Solutio secunda.

Ad secundam respondeo distinguendo maiorem: proprietates entis ut sic sunt extra essentiam adæquate, nego; inadæquate, concedo; sufficit enim ut non includantur in essentia, quanvis illam includant. Dicunt autem in recto ipsam essentiam entis, & in obliquo negationem aliquam aut connotationem; qua tamen negatio & connotatione concipi non possunt, quin concipiatur ipsum ens. Ideo ad confirmationem nego hanc maiorem: proprietates non sunt proprietates nisi secundum id quod superaddunt: licet enim non sint proprietata-

A tes, nisi quatenus superaddunt aliquid; fallsum ramen est, quod non sunt proprietates, nisi secundum id quod ab illis superaditur; nam etiam ut sunt proprietates, dicunt in recto ipsum ens; quod autem in obliquo addunt, non est praescibile ab ipso ente.

Ad tertiam respondeo, ens non posse dividiri in tres istas proprietates, vnum, verum, bonum, tanquam in species inferiores, quia convertuntur cum ente; tam enim latè patent, quām ipsum ens. Dividitur autem ens in decem categorias, tanquam in inferioria; quia quilibet categoria minus latè patet quām ens. Denique certum est, attributa entis ita converti cum ente, ut vnum sit attributum alterius attributi; si enim ens includatur in attributo reali, secundum afferat attributa omnia. Deinde vñitas est cognoscibilis; veritas est amabilis.

SECTIO II.

Numerus & comparatio proprietatum entis.

T ranscendentia numerari solent communiter sex, ens, res, aliquid, vnum, verum, bonum. Res & aliquid non sunt proprietates entis, cum sint duntaxat synonyma cum ente. De tribus aliis

Ratio dubitandi est primò, quia ens dividitur in vnum & multa, tanquam in membra distincta: ergo vnum non convenit omni enti; quod enim est multa, non est vnum.

Secundò: si vñitas non supponit ens, non est proprietas entis: sed vñitas non supponit ens; nam omnis passio supponit suum subiectum ut vnum, cùm passio non possit prædicari de qualibet subiecto, sed de uno tantum: ergo vñitas non est proprietas entis.

Tertiò alia multa possunt esse attributa entis, præter tria illa, si alia multa æquè convertantur cum ente: sed præter vñitatem, veritatem, & bonitatem alia etiam multa convertuntur cum ente, nec ab eo possunt separari, ut existere, durare, esse alicubi, non esse fictum, non esse impossibile, identitas, similitudo, diversitas: ergo plura sunt attributa quām tria.

Dico primò, tres omnino esse proprietates entis in communis, vnum, verum, bonum; nec plurares, nec pauciores posse cogitari.

Ratio est, quia tria illa conveniunt enti omni, & soli, & necessariò; quidquid enim ens est, necessariò indiuiduonem haber in se, cùm sit diuisum ab omni eo quod non est ipsum; cognosci, & amari potest: quod autem ens non est, nullum habet ex his prædicatis; non enim est indiuiduum, nec cognoscibile, nec amabile per se: ergo illa tria omni enti necessariò conveniunt, & quidam soli reliqua omnia vel soli, vel omni, vel necessariò non conveniunt: ergo illæ solæ sunt proprietates entis.

Dico tertio, primam proprietatem entis ordinem generationis esse vñitatem, secundam veritatem, tertiam bonitatem.

Ratio est, quia ea quæ sunt absolute, priora necessariò sunt respectivæ; prius enim res est in se quām sit ad aliud: vñitas absolute convenit enti, veritas autem & bonitas sunt respectivæ: vñitas ergo prima est inter tres. Deinde intellectus prior est voluntate à qua præsupponitur; veritas ergo prior est bonitate. Si tamen compararentur in ratione nobilitatis, vñitas imperfectior est diuersus aliis, cum consistat in negatione, ut statim dicam.

Ad primam respondeo ens per se non dividiri in vnum & multa; nullum enim est per se quod sit multa; ens autem prout est commune enti per se, & enti per accidentem, dividitur in vnum & multa: ego autem de solo hīc loquor ente per se.

Ad

Quæst. II. Sect. I. Proprietates entis. 639

Solutio secunda.

Ad secundam respondeo vnitatem non supponi ab ente, quia passio supponit quidem suum subiectum vt materialiter & confusè vnum, non supponit autem formaliter & distinctè vnum.

Solutio ter-

ta.

Ad tertiam respondeo, nullum eorum que in argumento numerantur, esse proprietatem entis; nam existere, durare, alicubi esse, non conuenient enti possibili, quod reuerat ens: illæ negationes, non esse fictum, non esse impossibile; significantur formaliter in communi conceptu entis, id est non possunt esse vlli attributa. Est idem, esse simile, esse diversum, fundantur in vniitate, ad quam etiam reuocantur.

QVÆSTIO II.

De vnitate, prout est proprietas entis.

Qvia primum inter attributa entis est vnitatis, merito ab illa ordior, & de sola loquor vnitate per se, non autem de vnitate per accidens, quæ includit necessariò plura vt plura, quales sunt domus & exercitus: vnum autem per se vel simplex est, vt Deus & Angelus; vel compositum essentialiter ex materia & forma substantiali, vt homo; vel compositum integraliter, vt virga. Tria ergo de hac vnitate sunt difficultima: primò in genere, quid sit illa, quæ vocatur vnitas transcendentalis; secundò quid vnitas numerica, seu indiuisualis: tertius quid vnitas formalis & vniuersalis.

SECTIO I.

De unitate transcendentali.

Vnitas trascendentalis definitur.

Sic appellatur ea quæ ita reciprocatur cum ente, ut simul cum ipso transcedat omnia rerum genera; soletque definiri communiter, Indiuisio rei alicuius in se, & diuisio à quolibet alio: vnum autem, Ens indiuisum in se, & diuisum à quolibet alio. Id est, ens quod in seipso non est plura entia completa, & quod non est id ipsum quod sunt alia entia, quæ sunt aliud ab ipso: v.g. Petrus vnum dicitur, quia non est plures Petri, & non est id ipsum quod est Paulus.

Difficultas autem est obscurissima, quid sit illa indiuisio, quam vnitas superaddit enti; primò enim dubitatur, an illa sit aliquid positivum, an verò solum negatio: secundò qualis sit illa negatio, & quomodo constituat vnitatem.

S. I.

Vnum vnitatis superaddat enti aliquid positivum.

Vnitas non diffinguitur realiter ab ente.

Certum est ex dictis, primò vnitatem enti non superaddere aliquid realiter distinctum ab ipso ente, alioqui esset purum nihil; immo illud ens à quo distingueretur vnitatis, esset necessariò vnum seclusa vnitatis; distingueretur enim à quocunque alio.

Certum est secundò, vnitatem esse non posse aliquid positivum, etiam ratione distinctum adæquate ab ipso ente; sed ens in eo necessariò includi, alioqui esset purum nihil. Solùm ergo difficultas est, vnum vnitatis adæquate sit positiva, an verò dicat in recto ens, in obliquo autem negationem.

Ratio autem dubitandi primò est, quia Deus est R.P. de Rhodes curs. Philosoph.

A à seipso intrinsecè vnum, & esse vnum, dicit in Deo perfectionem maximam simpliciter simplicem, quæ scilicet est melior ipsa quam non ipsa: ergo vnitatis non est formaliter negatio. Probatur consequentia. Omnis perfectio Dei cum Deo identificatur: sed negatio non identificatur cum Deo: ergo negatio non est perfectio Dei simpliciter simplex. Deinde Deus per suam essentiam simplicem sine vlo superaddito habet formaliter indiuisionem in se: ergo habet formaliter vnitatem. Probo antecedens. Vnum conceptus simplex, carens omni partium compositione, seipso est indiuisus: sed Deus per suam essentiam est simplex: ergo seipso est indiuisus. Denique punctum positivum per suam intrinsecam entitatem est indiuisibile sine vlo addito: ergo seipso est positivum vnum.

B Secundò in rebus compositis esse formaliter *Secunda.*

vnum est esse vnitum: sed esse vnitum, est aliquid positivum: ergo in rebus compositis vnum est aliquid positivum. Probatur maior primò, quia indiuisio duarum partium est id quo illæ partes sunt formaliter indiuisæ: sed vno est ratio per quam illæ partes sunt non diuisæ, quia duas partes esse vnitatis, & esse non diuisas, synonyma sunt: ergo vno est illarum indiuisio. Probatur secundò. Vnatum, & non vnitum opponuntur contradictoriè: sed vnitum dicit formaliter vniōne: ergo non vnitum dicit formaliter carentiam vniōnis: sed non vnitum & diuisum idem sunt: ergo diuisum dicit formaliter carentiam vniōnis; atque indiuisum, quod contradictrioriè opponitur diuiso, dicit formaliter vniōne. Probatur tertius. Diuisum, & non vnitum sunt formaliter idem: ergo habent eundem terminum contradictem: sed terminus contradicens non vniōto est vnitum: ergo terminus contradicens diuiso est vnitum: ergo indiuisum & vnitum idem sunt. Denique probatur, quia diuisum & indiuisum sunt contradictria: ergo vno ex illis est positivum: sed esse diuisum non est aliquid positivum; est enim carere vniōne: ergo esse indiuisum est aliquid positivum.

D Tertiò id quod opponitur negationi est positivum: sed indiuisio opponitur negationi, nempe diuisioni, quæ negatio est; diuisa enim dicuntur, quorum vnum non est aliud, quæ negatio est. Imò dues virgæ formaliter dicuntur diuisa per negationem continuationis: ergo vnitatis est aliquid positivum. Denique esse diuisum, quod opponitur indiuisio, est vel negatio vniōnis, vel carentia identitatis: ergo semper est negatio.

Dico primò, id quod vnitatis enti superaddit, formaliter esse negationem, non autem aliquid positivum. Ita docent cum S.Thoma omnes eius discipuli, quos sequuntur Suarez disp. 4. sct. 1. Fonseca 4. Metaphys. c. 2 q. 5. Averla q. 5 sct. 1. Ariaga disp. 1. sct. 3. contra Seuton. totam eius Scholam, & Vascuum 1. p. disp. 182. cap. 2. Hurtadum, Ouedum, & alios quamplures.

E Ratio primò est, quia illud quod contradictrioriè oppositur rei positivæ, negativum est, non autem positivum: vnitatis contradictrioriè oppositur multitudini, quæ negatio non est, sed aliquid positivum: ergo vnitatis formaliter negatio est, non autem aliquid positivum. Maior probatione non eger; in minori autem clarum est, quod vnitatis opposita sit multitudini; nam eo ipso quod tollitur multitudino vnitatis, ponitur vnitatis. Probatur ergo quod multitudino formaliter positivum aliquid sit, non autem negatio. Repeitione entitatum positivarum est aliquid positivum: multitudino non est carentia, sed repetitio entitatum positivarum:

H H h 2 ergo

Prima dubi-
tatio.

ergo multitudo non est carentia, sed repetitio entitatum posituarum. Deinde id quod non sit per ablationem, sed per adiectionem entitatum posituarum, est aliquid positivum, non negativum: multitudo sit per adiectionem, non per ablationem entitatum posituarum: ergo multitudo non est negatio, sed aliquid positivum; nam ad constituantam multitudinem non debet tolli, sed adiici entitates; ad constituantam verè unitatem, tolli debent, non adiici entitates: & quò plus additur, ed magis crescit multitudo; & quò plus auferitur, ed minor redditur.

Secunda probatio.

Præterea tota ratio, cur censeant aliqui unitatem esse positivam, multitudinem autem esse negationem, est quia existimant unum, seu individuum, esse formaliter idem ac habere unionem: sed esse unum non est formaliter habere unionem: ergo esse unum non est formaliter aliquid positivum. Minor, quæ negatur ab adversariis, probatur clarè; quia esse unum est passio communis omni enti, adeò ut nulla res sit ens, quæ non sit unum: sed esse unitum non est passio communis omnibus entibus; nam quæ sunt simplicia, & indissimilitia, habent unitatem, & carent omni unione: ergo esse unum transcendentaliter, non est formaliter esse unitum; Deus enim unus est sine unione, præcisè quia individus est in plures Deos. Similiter Angelus, anima rationalis, punctum, conceptus entis abstractus unitatem habent, & carent unione: ergo manifestum est quod unio & unitas plurimarum differunt; si enim carere unione formaliter est esse multiplex, Deus qui careret unione, multiplex est.

Itaque quoties dicunt adversarij, quod unum formaliter est esse unitum, triplex ab illis committitur æquiuocatio. Prima est, quia aliud est constitutum hominem in ratione hominis, aliud constitutum in ratione unius hominis. Primum illud est proprium munus unionis, non autem secundum; constitutum enim in ratione hominis unius per negationem multarum partium componentium, & multarum unionum; si enim multe partes componentes, v.g. multæ animæ unirentur eidem materia, non esset unus homo; & tamen adesset unus ergo unus non sufficit ad unitatem.

Altera æquiuocatio est. Aliud est partes facere compositum, aliud facere unum compositum. Certeum est per unionem partes ita connecti ut faciant compositum, sed per unionem non faciunt unum compositum, licet aliquando vox illa *unum*, sumatur pro composito; dicitur enim partes unitas facere unum; vbi unum significat compositum, non autem unum de quo hic agitur, & est transcendens: esse autem compositum, non est transcendens, cum commune non sit omni enti; partes enim post unionem sunt eodem modo multæ ac ante unionem: ante unionem videlicet non fuerunt multæ in ratione hominis, quasi essent plures homines, sed plures partes; haec autem pluralitas non est ablata per unionem: ergo unus non tollit multipliciter, neque facit unitatem, sed facit compositionem.

Neque dicas ante unionem esse plura entia, post unionem esse unum ens, v.g. unum hominem, unum continuum.

Respondeo enim unum significare aliquando compositum, aliquando rem individuam: si unum significet compositum, fateor fieri post unionem unum hominem, vel unum continuum; si unum significet rem individuam, nego per unionem fieri unum; sunt enim verè plura entia. Semper igitur

A distinguenda hæc duo sunt, esse unum, & esse compositum.

Terria æquiuocatio illis vocibus committitur, *tertius*, & *individuum*; diuisum enim aliquando vox significat id quod non est connexum; individuum autem significat ligatum, & connexum. Aliquando autem diuisum significat id quod habet plures entitates; diuisum id quod non habet plures entitates. Unum transcendentaliter, de quo hic agitur, non significat individuum priore modo sumptum, sed posteriore. Ex quibus omnibus plane colligitur, unum & unitum significare duo inter se distincta.

B Ad primam respondeo, Deum esse à se unum, *quatenus* est individus in plures Deos; unitatem ita autem esse perfectionem, sed negatiuni, quæ dicitur in recto Deitatem, in obliquo autem negationem pluralitatis; unitas enim negatio non ostendit secundum id quod dicit in obliquo, & secundum illud non identificatur cum Deo, sed secundum id tantum quod dicit in recto.

C Inde committitur ab adversariis, æquiuocatio quando dicitur Deus esse *unitus*; non enim intelligitur unitas transcendentalis, quam haberet etiam si essent plures Dii; sed intelligitur dominus Deus esse *unicum*, seu nullum præter eum esse Deum: id quod manifestè negatum est, cum non sit aliud quæ non esse plures Deos.

D Ad illam propositionem, *Deus sine ullo superaddito* habet *individuationem in se*; formaliter, nego; fundamentaliter, concedo; id est, ipsa entitas Dei positiva est fundamentum talis individuationis, & illam exigit, sicut ens spirituale per suam entitatem positivam habet fundamentaliter negationem materiae, quia illam exigit; formaliter autem sit spiritale per talen negationem. Similiter punctum est individuabile per suam entitatem intrinsecam, quatenus illa entitas pluralitatem negat, ideoque non est formaliter unum nisi per negationem.

E Ad secundam tota responsio patet ex dictis in *Soliloquy* probatione conclusionis, vbi ostendi fallum omnino esse, quod eriam in rebus compositis esse unum transcendentaliter, & esse unitum idem sit. Si enim esse unum idem significaret esse compositum, reuerè esse unum est esse unitum. Si autem esse unum significaret esse individuum, quod est esse unum transcendentaliter, esse unum non est esse unitum, ut probauimus.

F Ad probacionem minoris distinguitur illa positione: sed unio est ratio, per quam illæ partes non sunt diuisæ; si esse non diuisum significeret esse ligatum, concedo; si significaret non habere plures entitates, nego; partes enim esse unitas, est illæ esse ligatas; sed non est, illa non esse plura entia. Quando autem illæ dicuntur facere unum, tunc unum significat compositum, sive unum compleatum; non autem unitatem transcendentalem, que est carentia multarum entitatum.

G Ad alteram probationem distinguitur illa positionem: sed non unitum & diuisum idem sunt; si diuisum significaret non ligatum, concedo; si significaret quod habet plures entitates, nego. Deus enim, vix dixi, est non unitus, & tamen plures non habet entitates. Eodem modo solvuntur aliae probations: esse diuisum non est aliquid positivum, si significaret esse non ligatum; sed est aliquid positivum, si significaret habere plures entitates: quod cum opponatur contradictione individuo, certe individuum est aliquid negativum.

H Ad tertiam respondeo, diuisum, cui opponitur unitas, esse aliquid verè positivum, ut lege miserebamur. Diuisio enim sumi potest vel propter inclusio

multas partes , & sic est aliquid positum ; vel provt vna illarum entitatum negat aliam , seu non est alia , & sic negatio est : opponitur autem vni- tati sumpta primo modo , non autem secundo . Due virgæ dicuntur diuīsa per negationem con- tinuitatis , si diuīsio sit non ligatio ; si autem diuīsio diceret esse plura , due virgæ dicuntur diuīsa per pluralitatem entitatum , non per negationem continuitatis . Est autem contradic̄to in altero argumēto ; Esse indiuīsum est habere partes vnitatis , vel identificatas : si enim partes identifi- catae sunt , iam non sunt partes . Itaque nego , quod diuīsum oppositum vnitati sit carentia vni- tis , aut carentia identitatis ; nam carentia identi- tatis formaliter est pluralitas entitatum , & est ali- quid positum .

§. II.

Quomodo vnitatis confiūtūtur per negationem , & qualis illa sit.

Dixi vnitatem constitui per negationem : nunc videndum , vtrum adēquate constitua- tur per negationem , an verò includat etiam ipsum ens ; vtrum ens præscindī ab ea negatione possit , & ab vnitate ; vtrum illa sit negatio diuīsionis in se , an verò negatio alterius entis .

Prima dubi-
tatio.

Ratio enim dubitandi primò est , quia passio est aliquid adiacens subiecto , & illi superadditum : sed ens non est aliquid adiacens & superadditum enti : ergo ens non potest esse passio entis , nec in ea includi . Probatur maior , quia passio dicitur secundarius conceptus : & deinde illud est adiacens alteri , quod predicatur de eo accidentaliter , & manat ab essentiā : passio est huiusmodi : ergo passio est aliquid adiacens . Imò ens non potest predicari accidentaliter de ente : ergo non potest esse passio entis ; vidēmus enim alias omnes proprietates ratione distingui à suis subiectis . Denique vnitatis & vnum non significant omnino idem ; si autem vnitatis includit formaliter ens , significat omnino idem ac vnum : ergo vnitatis non includit ens etiam in recto , sed consistit in pura nega- tione .

Secondò videtur omnino , quod ratio entis præ- scindī non potest ab illa negatione ac vnitate ; quia illa negatio quam vnitatis enti superadditum fundati debet in ipso ente : sed hoc fundamentum quatenus est quid distinctum ab illa negatione , vel est aliquid vnum , vel non . Si est vnum : ergo illa negatio pertinet ad vnitatem . Si non est vnum : ergo non potest fundare vnam negationem . Deinde fundamentum illius negationis distinguitur à negatione : ergo est vnum scelusa negatione . Probatur consequentia . Vbi est numerus , ibi sunt duæ vnitates : sed si fundamentum negationis , & negatio distinguntur , faciunt numerum : ergo fundamentum negationis habet vnitatem , scelusa negatione , si ab ea præcinditur . Denique esse hominis præcisa illa negatione non est lapis ; imò est non lapis , non leo : ergo distinguitur à lapide : & est vnum , quia esse vnum est esse idem cum seipso , & ab alio diuersum .

Tertiò , quidquid est in Petro , distinguitur adēquatè à Deo : sed scelusa negatione , ratio Pe- tri est in Petro : ergo scelusa negatione ratio Petri distinguitur adēquatè à Deo : ergo est vna . Deinde si ratio entis post præcisionem non esset per se vna & distincta à quolibet alio , non posset fieri vna per formam superuenientem : sed hoc falsum

R.P. de Rhodes curs. Philosoph.

A est : ergo ratio entis manet vna post illam præ- cisionem . Probatur maior . Forma superueniens sub- jecto non reddit subiectum in se vnum : v.g. albedo superueniens parieti , facit illum album , non facit vnum ; vnitatis autem esset forma enti superaddita : ergo non faceret subiectum vnum .

Quarto nullus conceptus simplex prouenire Quarta.
potest subiecto à forma distincta : esse vnum est conceptus simplex : ergo non potest prouenire subiecto à forma distincta . Probatur maior . Esse album idē est conceptus compositus , id est signifi- cat habens albedinem , quia est à forma distincta . At verò spirituale v. g. idē est conceptus simplex , quia non prouenit à forma spirituali : materia v.g. non dicitur spiritualis , eo quod iungatur forma spirituali : ergo conceptus simplex non prouenit à forma distincta .

Dico secundò , vnitatem non consistere forma- liter in sola negatione , sed includere in recto ipsum ens , in obliquo negationem , que non po- test præscindī ab ipso ente , licet ens præscindī ab ea possit .

Primam partem negant Fonseca⁴. *Metaph.* cap. 2. quæst. 5. sect. 3. Auersa quæst. 5. sect. 3. & quæst. 4. sect. 2. Probatur , quia proprietates entis identificantur cum ipso ente : sed negatio identi- ficiati non potest cum ente , alioqui ens esset negatio : ergo negatio non est proprietas entis : ergo vnitatis , que est proprietas entis , non est ne- gatio . Deinde vnum prædicatur de ente : negatio prædicari non potest de ente : ergo vnum non est negatio . Denique id quod est realis proprietas entis , non potest attribui enti rationis ; sed indiuīsio sumpta pro pura negatione alterius , conuenit chi- mera : ergo illa negatio non est formaliter vnitatis

C Secundam partem Arriaga negat num. 51. ex- stimatque rationem entis præscindī non posse ab illa negatione & ab vnitate . Probatur tamen , quia si ens præscindī non posset ab vnitate , vnitatis non esset vlo modo proprietas ; quod enim non est conceptus secundarius entis , non est proprietas entis . Si ens in suo conceptu primario includat vnitatem ; vnitatis non est secundarius , sed prima- rius conceptus entis : ergo ens in suo conceptu primario non includit vnitatem . Deinde vnum & ens non sunt voces synonymae : ergo altera eorum significat aliquid , saltem ratione distinctum ab altera .

Dico tertio . Negatio quam vnitatis superaddit enti , est negatio diuīsionis in se , non autem ne- gatio alterius entis , seu diuīsio à quolibet alio vnitatem .

E Obserua vnitatem , vt notabam nuper , definiri , Duplex in- Indiuīsionem rei in se , & diuīsionem à quolibet alio ; diuīsio , unde videatur duplēm includere negationem . Di- uīsio entis in se illa est secundum quam aliquid est in seipso plura ; seu est congeries plurium re- tum distinguitur . Indiuīsio autem entis in se illa est secundum quam dicimus aliquid ens non esse in seipso plura entia . Diuīsio entis à se diceretur , si aliquid esset aliud à seipso ; v.g. si Petrus esset Paulus . Indiuīsio entis à se est cum dicimus , Hoc est ens , non est aliud à seipso ; v.g. hominem non esse bouem , Petrum non esse Paulum . Idem autem est dicere ens non esse diuīsum à se , ac dicere illud esse diuīsum ab omnibus aliis . Certum est utramque indiuīsionem , seu negationem diuī- sionis , tum entis in se , tum entis à se , conuenire vnitati , vt patet ex allata definitione ; sed negavit conclusio vnitatem primario constitutam per indiuī-

Vnitas non
est solum
negatio .

Ens præ-
scinditur
ab vnitate .

Probatio.

sionem rei à se, quæ negatio est alterius entis; sed per indivisionem rei in se, quæ est negatio multitudinis.

Ratio est, quia negatio quæ constituit formaliter unitatem, non potest conuenire multitudini: sed esse diuisum à quolibet alio, conuenit etiam multitudini; nam unus aceruus lapidum non est alius aceruus. Deinde conceptus unitatis est absolutus; esse autem diuisum à quolibet alio, est conceptus respectivus. Denique idcirco aliqua res diuisa est à quolibet alio, quia in se non est diuisa in plura entia; v.g. Petrus idcirco est diuisus à Paulo, & equo, quia in se non est diuisus in Paulum, & equum: ergo indivisio rei in se prior est quam diuisio à quolibet alio.

Dico quartò, negationem diuisonis, quam dicit unitas, esse negationem diuisonis in multa entia totalia actu completa, vel in multa entia diuersorum praedicamentorum.

Ratio est, quia illa negatio est propria unitatis per se, per quam id quod est unum per se, differt ab eo quod est unum per accidens, & à multitudine: sed per indivisionem in plura entia totalia, vel diuersorum praedicamentorum, unum per se differt ab eo quod est unum per accidens; nam aceruus lapidum v.g. diuisus est in multos lapides, qui sunt entia totalia; centenarius hominum est centum homines; album est diuisibile in substantiam & accidens. Quod autem non continet plura entia totalia, est unum per se: ergo illa indivisio constituit unitatem formaliter.

Ad primam respondeo distinguendo illam propositionem: *Passio est aliquid adiacens & superadditum subiecto*; passio sumpta inadæquatè, seu secundum aliquid sui, concedo; passio adæquatè sumpta, nego. Passiones enim transcendentium in recto dicunt ipsum ens, in obliquo autem sunt aliquid adiacens, neque sunt passiones secundum illud solum quod superaddunt, sed secundum illud ut iunctum alteri. Similiter passio prædicatur accidentaliter secundum id quod dicit in obliquo, non secundum totum quod dicit etiam in recto. Est autem discrimen inter passiones transcendentales, & alias quascumque passiones, quia transcendentales necessariè includunt sua subiecta, non autem alias; debent enim esse reales: non possunt autem habere realitatem, quin includant sua subiecta. Unum & unitas idem significant, sed in modo significandi differunt; nam utrumque significat ens, & indivisionem; sed unum magis explicitè significat ens, quam illud significat unitas.

Ad secundam respondeo fundamentum illius negationis, quam unitas enti superaddit, posse considerari vel propter est à parte rei, & sic est reuerata unum; vel propter cadit sub intellectum, & sic illud nec est unum, nec multa, sed præscindit ab utroque; nam eo ipso quod præscindit hanc negationem, præscindit unitatem, & sic illud cogitari non potest ut unum. Ad hanc ergo propositionem, *Illud fundamentum præcisæ negationis non est multa*; respondetur cum eadem distinctione, à parte rei non est multa, concedo; propter cadit sub intellectum non est multa, nego; quia intellectus neque affirmat multitudinem, neque illam negat, sed præscindit ab unitate, & à multitudine. Deinde concedo fundamentum illius negationis distinguiri à negatione; sed nego illud propter est unum scilicet negatione: tunc enim est numerus, quando est distinctio inter duo una, id est inter ea quæ distinctas habent unitates; tunc autem nego

A esse numerum, quando est distinctio inter duo, quæ non sunt plura una. Eins & negatio diuisonis distinguuntur quidem, sed non habent diversas unitates, cum per illam negationem ens sit unum. Homo præcisa illa negatione superaddita non est homo; idcirco nego tunc hominem distinguiri à lapide propter subiectum illi præcisionis per intellectum; nec esse non lapidem, non leonem; nam homo includit formaliter unitatem, quam non includit ens in communi.

Ad tertium respondeo distinguendo maiorem: *Quidquid est in Petro, quatenus est contractum ad Petrum, distinguuntur adæquate à Deo, concedo; quatenus est abstractum, nego*; quia ille concepius entis, quatenus abstractus, non includit voluntam rationem, per quam ens illud non possit attribui Deo, & sic illud nec est producibile, nec improductibile; sed ab utroque præscindit. Deinde nego illam propositionem, *Si ratio eius præcisæ non est una, non posset reddi una per formam superuenientem*.

Si enim forma illa superueniens sit ipsa unitas, certè superueniens subiecto reddit illud unum. Si autem sit aliqua alia forma, supponit illud iam esse unum: nam sicut effectus formalis abdinin est facere album, ita effectus formalis unitatis est facere unum.

Ad quartam respondeo distinguendo illam maiorem: nullus conceptus simplex potest præponere subiecto à forma adæquate distincta, concedo; id est à forma, quæ nec includat subiectum, nec in eo includatur: si autem forma distincta sit solum inadæquate, ita ut in recto dumtaxat dicat subiectum, nego.

S E C T I O . II.

De unitate numerica, seu individuali.

Post explicatam unitatem, quæ genus est ad omnes alias unitates, sequitur prima eius species, quæ vocatur unitas numerica, haecceitas, individualitas, singularitas, differentia individualis, per quam scilicet constituitur individuum. **D**icitur autem primò, quid illa sit, & quid superaddat natura communis: secundò quoniam sit principium internum & formale, à quo illa oritur. Quod autem quarti tertio posset, utrum sola singularia existant à parte rei, patebit ex statim dicendis de unitate vniuersali.

S. I.

Quid sit unitas numerica, & quid superaddat nature communis.

Certum est primò, unitatem & differentiam individualē dupliciter posse concipi, primo limitate propter est principium incommunicabilitatis, id est fieri variatione cuius natura non potest communicari pluribus; & sic propriè appellatur unitas numerica, haecceitas, singularitas. Secundò concepitur propter est differentia quasi materialis & entitativa, id est propter est principium operationum perfectiorum, aut minus perfectarum intra eandem speciem; id est circa eadem obiecta, tum materialia, tum formalia. Sic enim probabam in tractatu de anima, posse individua eiusdem speciei habere differentias individuales, id est materiales, dissimiles & inæquales. Cum enim certum omnino sit, differentias individuales sumptas propter sunt haecceitas, esse non posse inæquales; sic enim dicunt solidū incommuni

Solutio secunda.

Solutio pri-

ma dubit.

Quæst. II. Sect. II. Vnitas numerica. 643

communicabilitatem, quæ in omnibus simillima est, & non potest esse aliquid multis commune; quoties dicitur differentias individuales esse inæquales, significatur eo nomine differentia materialis, non autem unitas numerica, vel singularitas.

Quid sit unitas numerica. Certum est secundò unitatem propriè sumptam non esse aliud quam entitatem ipsam rei alicuius cum negatione communicabilis ad plura inferiora, ita ut dicat in recto positivam entitatem rei alicuius, in obliquo autem incomunicabilitatem illius rei ad plura. Sed hoc tamen ut explicetur,

Prima dubitatio. Ratio dubitandi primò sit, quia id quo Petrus constituitur Petrus, non est id ipsum, quo Petrus constituitur homo; quia id quo constituitur homo, non differt à Paulo, qui est etiam homo; id autem, quo Petrus constituitur Petrus, differt à Paulo: ergo individuatione superaddit naturæ communi aliiquid realiter ab ea distinctum.

Seconda. Secundò. Homo non est essentialiter individuum: ergo individuatione est aliiquid extra essentiam hominis, & ab ea distinctum. Probo antecedens. Si homo esset essentialiter individuum, non posset multiplicari in plura individua, neque concipi posset sine individuatione; sicut quia Deus est essentialiter individuum, non possumus esse plures Dij, neque concipi potest Deus sine singularitate.

Conclusio trimenbris. Dico primò. Unitas numerica necessariò est differentia positiva superaddita nature specifica, ab ea non realiter, sed ratione tantum distincta. Tres habet partes conclusio.

Vnitas numerica est aliiquid superadditum. Ratio prima, quam omnes communiter admittunt, est quia unum individuum positivum differt ab alio individuo; non differt autem nisi quodlibet individuum differentiam habeat sibi propriam, & positivam, per quam constitutatur & distinguatur a quolibet alio. Deinde natura specifica secundum se, & quatenus abstrahit à differentiis individuantibus; v. g. natura humana quatenus terminans illum conceptum formalem, quo intelligo animal rationale, nihil cogitans de Petro & Ioanne, indifferens est & communicabilis, seu determinabilis ad multa individua: debet autem contrahi & determinari per aliiquid sibi proportionatum, nempe per aliiquid positivum, cùm positivum ipsa sit. Hoc positivum est differentia constitutiva individui: ergo differentia constitutiva individui est aliiquid positivum superadditum essentia. Denique cùm natura specifica præcisè sumpta sit communicabilis multis, & non habeat negationem communicabilitatis adiunctam, natura vero singularis illam habeat, necesse est, vt intelligatur interuenire fundatum aliquod huius negationis, propter quod illa negatio conueniat naturæ singulari, tametsi non conueniat naturæ præcisè secundum se sumpta.

Non distinguatur realiter a natura. Ratio secundæ partis, quæ negat positivum illud superadditum esse distinctum realiter à natura specifica, facilis est; quia nulla est natura creata, que non existat extra causas per actualitatem suam internam, secundum quam etiam terminat actionem producentis: ergo illa non est individua per aliiquid quod sit à parte rei distinctum à tali natura. Probatur consequentia. Quidquid terminat aliquam productionem est singulare: natura realis, etiam seclusa omni singularitate, distincta per seipsum, terminat productionem, cùm sit extra causas: ergo est singularis se-

A clusa omni singularitate distincta. Deinde humanitas Petri realiter distinguitur ab humanitate Pauli: ergo differentia numerica Petri facit aliud compositum cum humanitate Petri, & individuatione Pauli aliud compositum cum humanitate Pauli. Vel igitur illæ humanitates, que sunt partes duorum compositorum differunt inter se numero, vel non differunt. Si differunt, & sunt singulares: ergo inutilis est differentia individuallis distincta: si autem non distinguantur, nec sunt singulares: ergo non terminant actiones distinctas. Imò sunt una planè natura.

Tertia pars. quod illa unitas ratione distinguatur à natura ex duabus præcedentibus sequitur; si enim differentia individuallis est aliiquid superadditum naturæ communi, & si non est aliiquid distinctum realiter, certè sequitur quod sit aliiquid ratione distinctum ab illo gradu specifico.

C Ad primam respondeo, illud quo Petrus constituitur homo, esse realiter illud ipsum, quo constituitur etiam Petrus, sed sola distinguunt ratione; id est illud ipsum reale, quod Petrum reddit hominem, reddit etiam hunc hominem; est enim eadem realis Petri natura, nempe corpus & anima Petri unita, per quæ Petrus redditur homo, & hic homo. Sed hanc tamen naturam unam si apprehendat noster intellectus vt est fundamentum in Petro cum Paulo accidentium similium, diceatur Petrum constitutere vt homo est, & vocabitur differentia specifica; si eandem apprehendat intellectus, vt fundamentum quorundam accidentium quæ non sunt in Paulo, & est fundamentum etiam incomunicabilitatis, dicetur Petrum constitutere vt est Petrus, & vocabitur differentia numerica, seu heccitas Petri. Petrus ergo realiter à Paulo differt, tum secundum id quo constituitur Petrus, tum secundum id quo constituitur homo; quamvis secundum id quo constituitur homo, sit Paulo similis; secundum id autem quo constituitur Petrus, sit illi dissimilis. Itaque certum est, Petrum posse concipi vt hominem, quin concipiatur vt Petrus, quia differentia individualis distinguatur ratione à specifica.

D Ad secundam distinguo hanc consequiam: Ergo individuatione est aliiquid extra essentiam hominis, vt existentia à parte rei, nego; vt conceptam & præcisam ab intellectu, concedo. Individuatione enim remanet est à parte rei essentia ipsa hominis; sed tamen est aliiquid extra conceptum obiectuum essentiae, seu extra essentiam vt à nobis conceptam. Nam quamvis concipi possit à nobis essentia hominis, præscindendo à differentiis individuantibus, ita ut illa sint extra conceptum obiectuum essentiae humanae; nihilominus tamen à parte rei non invenitur essentia hominis extra differentias individuantes, seu hæcceitates humanas; neque ha extra illam.

§. II.

E Quodnam sit principium intrinsecum & formale, à quo petitur individuatione.

D Ico intrinsecum & formale; nam à quo Triplex sensus principio externo & efficiente, per quod res tentia ipsæ individuentur, id est cur unum potius individuum producatur quam aliud, dictum est. Physic. Quæritur ergo, quodnam sit principium intrinsecum & quasi formale, per quod formaliter res constituitur hæc, & non alia? Qua ita

H H h 4 contro

644 Philosophiae Peripat.Lib.IV.Disp.III.

controuersia tres sunt sententiae. Prima communis omnium Thomistatum docet, res non individuari nisi per ordinem ad materiam signatam, id est ut affectum certis quibusdam accidentibus; unde negant naturas abstractas à materia, quales sunt Angeli, esse posse plures intra eandem speciem; sed non posse illos esse numero plures, quin sint etiam plures specie; naturas autem dicentes ordinem ad materiam, posse plures esse numero intra speciem eandem, quia materia signata illas individuat. Secunda sententia est Valquis *tom. I. in 23. part. disp. 74. cap. 7.* docentes res quilibet creatas individuari ex ordine ad has numero circumstantias temporis & loci, in quibus primò producitur. Tertia est Suarez *disp. 5. sect. 6.* res individuari formaliter per suas proprias entitatis, quatenus illæ negationem habent communicabilitatis.

Conclusio quadruplicata.

Dico secundò, nullam formam substantialiem, aut accidentalem, neque compositum ullum physicum individuari formaliter per materiam aut per ordinem ad illam; neque per ordinem ad has numero causas & circumstantias loci & temporis; sed principium individuationis cuiuslibet est ipsam entitatem Physicam, prout est incomunicabilis ad plura entia completa, quæ sint adaequatè idem cum ipsa. Quatuor partes habet conclusio.

Non petitur individuatio à materia signata, quia anima rationalis postquam separata est à materia & quantitate, manet eadem numero quæ erat ante separationem: anima Christi triduo illo post mortem Christi eadem fuit quæ ante; neque negari potest quod anima S. Petri existens in celo sit eadem illa quæ fuit in corpore: ergo anima non individuatur per materiam. Eademque ratio est formarum materialium, tum substantialium, tum accidentalium; quæ si dividuntur separantur à materia, eadem sunt, quæ fuerunt ante separationem.

Neque dicas illas formas semper dicere ordinem ad materiam, per quem ordinem individuantur. Sed contrà. Nam illæ formæ separatae non dicunt ordinem ad unam potius materiam, quam ad aliam: ergo non possunt individuari per ordinem ad materiam; alioqui tot essent individua, quot sunt materie ad quas dicunt ordinem. Deinde plures numero forme distincte habent ordinem ad hanc numero materiam: ergo individuatione non petitur per ordinem ad materiam: v.g. forma hominis, & forma equi, possunt esse tum simul, tum successivè in eadem materia. Inde in eodem corpore, in quo sunt formæ substantialies, sunt etiam formæ accidentales. Si ergo ex ordine ad materiam pertinet individuatio, certè illæ omnes formæ idem essent individuum. Denique si à sola materia petitur individuatio cuiuslibet compositi, sequitur omnino, quod ignis idem est individuum cum ligno, ex quo productus est; & homo idem individuum cum cibis, quibus nutritur.

Altera probatio.

Secundò, sequitur ex ea sententia, quod Angelus esse non possunt specie plures intra eandem speciem; quod vltro admittunt Thomistæ, clareque impugnatum est in tractatu de Angelis, quia ipsa materia & quantitas multiplicantur per seiphas intra eandem speciem sine ordine ad aliam materiam & quantitatem: ergo etiam qualibet alia res multiplicari potest numero sine ordine ad materiam. Inde certum est, quod idem Angelus habet plures visiones solo numero distinctas, quæ nullum dicunt ordinem ad materiam: ergo pos-

A sunt res individuari & multiplicari numerice sine ordine ad materiam. Sed de hoc alijs pluribus.

Si quando autem dixit Philosophus, materialis principium illud, per quod varia nos cognoscimus individua corpora, esse materiam diversam affectam accidentibus, quoties enim diversa vi- dentur à nobis accidentia, & diversa materia, diuersa dicimus esse individua. Non est igitur lo- quutus de principio individuationis secundum se, sed secundum nostram cognitionem, quæ remi- natur ad corpora.

Seconda pars contra circumstantias loci & tem- potis, à quibus petit Valsquez individuationem, *Negat. 2. Physicorum.* Est enim profus *Art. 2. 2. 2.* incredibile, quod hic numero ignis, qui producitur hodie Lugduni ab haec causa, non potuerit saltem dividuntur produci heri ab alio igne in alio loco. Calor v. g. qui nunc in te producitur ex- stente in cubiculo, potuit sine dubio heri produci in aula. Et sane potuit Deus uno anno tardius producere hunc eundem mundum; vel deu- ratio, cur fuisset alius mundus, si Deus illum tar- dius, aut citius produxisset? Num fuissent iidem flores, eadem sidera, eadem animalia, idem ho- mo, si Deus eodem die, vel eodem instanti, ve voluit S. Augustinus omnia creasset? Denique hic locus, & hoc tempus sciphas individuantur sive ordine ad alias circumstantias temporis & loci: ergo alij etiam effectus possunt individuari sive tali ordine.

Tertia pars ponit, ipsam entitatem rei esse prin- cipium generale cuiuslibet individuationis. Pro- batur pridè, quia si nihil esset, quod sua entitate se individuaret, daretur processus infinitus: que- ro enim de illo principio individuationis: Vel illud sua entitate dividuntur est, & sic frustra est omne aliud principium individuans: vel non se individuat sua entitate, & sic quero de illo prin- cipio altero, deque aliis in infinitum. Deinde illud est principium individuans, per quod res in- dividuuntur distinguuntur à qualibet alia: sed per suam entitatem qualibet res ab altera distinguuntur: ab enim idem principium constitutum, & distin- ctum: sed entitas rei est principium eius con- stitutum: ergo est principium distinctum. De- nique præcisò per intellectum quoconque prin- cipio distincto, res per seiphas est extra causas: ergo sine alio superaddito est individua.

Quarta denique pars docet entitatem rei solum non esse principium individuans sine negatione *Art. 2. 2. 2.* communicabilitatis ad plura entia completa, quæ tamen sint adaequatè eadem cum illa. Ratio est, quia unitas numerica superaddit enti id per quod distin- guitur ab universalis: sed id quo unitas numerica differt ab universalis, est incomunicabilitas: ergo unitas numerica superaddit entitati incomuni- cabilitatem. Minor certa est; nam universalis dicunt id quod secundum rationem aliquam unam & eandem multis est communicabile; id est, illud quod secundum totum quod includit in se, dividit in multa, quæ totum habeant singula quod includuntur in illo communi. Itaque unum numero quod universalis opponitur, est illud quod negationem habebit talis communicabilitatis, ita ut unum numero non includat plura entia completa, quæ sint id totum quod est illud unum.

Comparari videlicet potest unum numero vel cum universalis, & est ens prout est incomuni- cabile ad plura, quæ adaequatè sint idem cum to- to: vel potest comparari cum ente per accidens,

& est ens incommunicabile pluribus, quæ tunc ex sint actu completa. Continuum v. g. constat ex pluribus, quæ sunt incompleta, quando sunt vnitæ, & componunt unum. Acerius autem lapidum constat ex lapidibus multis actu complectis, quando componunt acerum, qui propteræ est ens per accidens.

Existentia non est præcipuum principium individuans quam essentiam, cum ambae sint indistinctæ, neque sit maior ratio cur vna individuatur, quam altera.

SECTIO III.

De unitate formalis.

Etius definitio.

Dico primò, unitatem formalem esse rei indi-

visionem in plures essentias dissimiles. Ratio est, quia natura humana v. g. secundum se sumpta non est individuabilis in plures essentias similes; si enim abstrahatur, diuidi potest in Petrum, Paulum, &c. quorum plures sunt realiter essentia inter se similes. At vero quilibet essentia secundum se hoc habet, quod diuidi nullo modo possit in plures essentias dissimiles. Natura v. g. humana, diuidi non potest in humanam & equinam. Illa individuabilitas naturæ in plures essentias dissimiles vocatur unitas formalis, sicut individuabilitas in plures essentias similes & completas vocatur unitas numerica.

Differt ab unitate numerica.

Dico secundò, dari unitatem formalem non

realiter, sed ratione distinctam à numerica.

Ratio est, quia nulla est res, cui non conueniat negatio illa, quam unitas formalis superaddit enti, nempe quod res sit individu in plures essentias dissimiles; homo enim ita dicit essentiam humanam ut adiunctam habeat negationem essentiam equinæ. Patet autem, quod huiusmodi unitas distinguitur à numerica, quæ dicit individuabilitatem in plures essentias similes: hanc autem formalis unitas non dicit: ergo alia est unitas formalis, alia numerica; non quod illa realiter sint diversæ, sed solo tantum conceptu, quia essentia singularis, & essentia communis, ut supra sepe dictum est, sola ratione distinguntur; sed unitas formalis non potest magis distinguiri ab unitate numerica, quam natura communis à singulari: ergo unitas formalis non distinguitur realiter à numerica.

Differt ab unitate vniuersali.

Dico tertio, unitatem formalem esse saltem ratione distinctam ab unitate vniuersali.

Ratio est, quia unitas vniuersalis consistit in individuione naturæ in plura eiusdem nominis & rationis, cum aptitudine quæ illa natura diuidi possit in illa plura; consistit enim in illis duobus: primum est individu: secundum diuisibilitas. Unitas formalis dicit quidem individuionem, sed non dicit diuisibilitatem; significat enim solam essentiam secundum se; siue illa sit singularis, siue sit vniuersalis: ergo unitas formalis distinguitur per rationem ab unitate vniuersali. Sed hoc tamen ut sit manifestius, explicande omnino sunt plures controversiae circa unitatem vniuersalem, de qua mihi nunc plenè dicendum est; nam tametsi à pluribus video Doctoribus in Logica traditi rationem implieatissimam circa questionem vniuersalem, vt sic ad Philosophiam tyronum ingenia informent; certum tamen est illam esse omnino propriam Metaphysicæ; ideoque de vniuersalibus in communi statui nunc plenè dicere, de quibus in particulari dictum est in Logica.

A

QVÆSTIO III.

De unitate vniuersali, ratione ratione quidditatibus vniuersalium.

Ad intelligentiam igitur unitatis huius, de qua tor lites moueri solent, dicenda sunt quinque. Primo, quid sit vniuersale, secundo, vnitæ illa, quæ appellatur vniuersalis. Secundo, utrum detur aliquod vniuersale, natura scilicet aliqua una & apta inesse multis; an vero conceptus solùm aliquis formalis appelletur vniuersalis.

BTertio, utrum existat à parte rei huiusmodi unitas vniuersalis, an vero tantum per intellectum. Quartò, per quam intellectus operationem fiat unitas vniuersalis, utrum videlicet illa fiat per solam abstractionem, an vero addi ei præterea debet cognitio comparativa. Quintò de proprietibus vniuersalium.

SECTIO I.

Quid sit vniuersale.

Certum est ex tradenda statim definitione vniuersalium, quod debent in ipso vniuersali distingui pars materialis, & pars formalis. Prima est ipsam naturam realis substrata vniuersalitat, id est quæ denominatur vniuersalis. Altera est ipsa vniuersalitas, videlicet unitas & aptitudo essendi in multis. Ad explicationem ergo quidditatibus rationis vniuersalium dicendum est primo, quomodo definatur & dividatur generatim vniuersale. Secundo, quid sit natura illa, quæ vocatur vniuersalis. Tertiò, quid sit unitas naturæ vniuersalis. Quartò, quid aptitudo illa essendi in multis.

S. I.

Vniuersale quomodo definatur, & dividatur.

Certum est primo, vniuersale communissime vniuersale sumptum significare id quod in se vnum est, communis & est commune pluribus. Quia vero pluribus ter sumptu modis contingit aliquid esse commune pluribus, niter.

Primo enim aliud est vniuersale complexum, Varia di aliud incomplexum. Complexum est propositio uisiones quam vocamus vniuersalem, vt, *Homo est animal*. Vniuersale incomplexum est res aliqua simplex & communis pluribus; & hoc alterum est multiplex; nam aliud est vniuersale in causando, & est illud, quod plures effectus causat, vt Deus, cœlum, &c. Vniuersale in significando est vox significans plura, v. g. *hæc vox, homo*, significat plures homines. Vniuersale in representando est imago multa representans, vt imago leonis omnes representat leones, & cognitione quam habeo de homine, omnes representat homines.

Denique vniuersale in essendo, & in prædicando est illud, quod est in multis, & quod prædicatur de multis, ut natura humana est in Petro, Paulo, &c. De hoc autem solo vniuersali agit Metaphysica, quia illud est propriæ vniuersale oppositum singulari, quod nec est, nec esse potest in pluribus, vt Socrates.

Certum est secundò, vniuersale in essendo re- vniuersale & diffiniti, Aliquid vnum apud inesse multis, in essendo definitur.

Vel

vel aptum de multis predicari secundum totam suam significacionem. Ita saxe tradit Philosophus 7. Metaph. textu 41. & 1. Posteriorum, cap. 10. & 1. de interpret. cap. 5.

Explicatur definitio.

Primo dicitur *aliquid*, id est aliqua natura realis & positiva, non autem tantum vox aliqua, vel conceptus, ut probabitur postea contra veteres & nouos Nominales. Huiusmodi natura vocatur materiale vniuersalis, vt dixi. Secundo dicitur *vnum*, id est indiuisum, quia nihil esse potest commune multis, nisi sit vnum, aliquo erunt multa in multis: ergo vniuersale necessarium esse debet vnum. Tertio dicitur *aptum inesse*, id est habens non repugnantiam, ut pluribus communiceretur: quia si natura sit vna, sed non communicabilis pluribus, non erit vniuersalis, sed singularis. Quartu, *aptum inesse pluribus*, in quibus scilicet ipsa sit multiplicata; si enim natura possit inesse pluribus, in quibus non multiplicetur, non erit vniuersalis: natura diuina, quae in tribus personis una omnia & cadem est, non potest dici vniuersale. Et albedo, quae a Deo poneretur eadem in pluribus subiectis, esset pure singularis. Quinto dicitur *aptum inesse vel pradicari*: Quia quod inest alteri, pradicari potest de illo. Debet autem natura, ut sit vniuersalis, vnuocē pradicari, ut habeat in omnibus idem nomen, & rationem eandem; non sufficit autem ut pradicari possit analogie. Sexto denique deber posse inesse ac pradicari *secundum totam suam significacionem*, id est ita debet posse inesse multis, ut in illis singulis tota reperiatur; si enim possit inesse multis secundum diversas sui partes, non erit vniuersalis. Quantitas v. g. tripalmaris, dividitur potest in tres palmos; sed quia non reperiatur tota in singulis, propter ea non est vniuersalis.

§. II.

Quenam natura denominetur vniuersalis.

Materiale
vniuersalis.

Certum est primo, id quod denominatur vniuersale, esse ipsummet naturam realem & existentem in individuis; non autem solam cognitionem intellectus terminatam ad plura individua? Ita enim contra nouos Nominales statim demonstrabitur. Nunc breuiter ratio sit, quia illud solū denominatur vniuersale in essendo, quod solū potest inesse multis: sed sola natura pluribus inesse potest individuis, & de illis pradicari; non autem cognitione intellectus, quae terminatur ad plura: ergo sola natura realis est vniuersale in essendo. Quo etiam argumento reiicitur efficaciter sententia illa Ochami, Gregorij, & Gabrieли qui volunt naturam, quae denominatur vniuersalis, esse figuratum aliquid intellectus: intellectum videlicet singulare intra se naturam communem pluribus, similem intentionaliter naturae reali singularium: v. g. intellectum, dum apprehendit sibi hominem in communi, obiecte sibi aliquid figuratum & simulacrum hominum, quod indifferenter omnibus individuis hominibus possit applicari. Sed hoc purum figuratum est, quia, ut dixi, natura quae denominatur vniuersalis, est illa, quae potest inesse multis, & de illis pradicari: sola natura realis huiusmodi est; inferiora enim realia naturam non habent nisi realem: ergo illa sola denominatur vniuersalis, non autem illud simulacrum confictum ab intellectu.

Certum est quartu, naturam quae denomina-

Status triplex na-

tur vniuersalis, in triplici statu posse concepi, ut secundum in statu essentiae, id est pure secundum se, tertio in statu existentiae realis: tertio in statu existentiae obiectivae. Natura in statu essentiae, ut saepe in superioribus dixi, est natura, quatenus sola includit & omnia praedicta essentialia cum passionibus necessariis; v. g. natura humana secundum se in statu essentiae includit animalitatem, rationalitatem, aliasque passiones omnes necessarii emanantes ab essentia, nihil autem aliud. Natura in statu existentiae realis, est natura quatenus includit omnes denominations & proprietates, quae singularibus insunt; accidentia scilicet, & operationes. Verum enim est dicere, homo est ab aliis, curri, nascitur; in quantum singularis hic homo, vel ille, habet albedinem, est current, est natus. Natura in statu existentiae obiectivae est natura prout includit denominations & proprietates rationis, quae ab intellectu ei tribuuntur, videlicet cognoscendi, abstracti, referri, &c. Advertendum autem est, quod praedicta quae conuenient natura in statu essentiae, conuenient etiam illi in statu existentiae, tum realis, tum obiectivae. Hoc enim significat axioma illud vulgissimum, *Dici de omni*; cuius sensus est: Quidquid de re aliqua dicitur secundum essentiam suam conferrata, dici etiam de rebus aliis, in quibus talis essentia reperitur; homo enim v. g. & in singularibus & in intellectu est animal rationale. Pradicta verò illa, quae conuenient naturae in statu essentiae realis vel obiectivae, non ei conuenient in statu essentiae, quia in eo statu sola includit praedicta essentialia, & proprietates ab essentia manentes; vnde falsum est dicere, *Natura infra effemina est singularis*; aut etiam, *est abstracta à singularibus*.

§. III.

Quid sit unitas vniuersalis, quid apud eius, ut sit in pluribus.

Certum est quintu, vnitatem illam vniuersalium propriam, nec esse vnitatem numerica, neque vnitatem formalem, aut solam similitudinem; sed esse veram & propriam individuum alicuius nature in plures naturas, tum similes, tum dissimiles; cum aptitudine tamen ut diuidatur in plures naturas similes; seu individuum cum aptitudine ad divisionem. Non reperitur hīc dicta ex praecedenti questione, quod unitas sit rei alicuius individui in seipso, quod unitas numerica sit rei individuo in plures haecceitates, quod unitas formalis sit individuo rei in plures essentias dissimiles; nam tametsi haec unitates dicant individuationem quandam in plura; unitas tamen numerical negat etiam divisibiliter in plures naturas similes. Petrus v. g. diuidi nullo modo potest in plures homines: unitas autem formalis neque negat hanc divisibiliter in plures naturas similes, neque illam includit; cum enim unitas formalis sit unitas essentialis, si illa importaret negationem communicabilitatis ad plura, repugnaret naturam in uno statu esse communicabilem aut multiplicabilem: si autem includeret communicabilitatem & multiplicabilitatem in plura, certe unitas essentialis ipsius naturae non reperiatur in uno individuo, quod nequit multiplicari. His positis.

Primò dixi, vnitatem vniuersalem distinguere ab unitate numerica, quia scilicet unitas numerica ab unitate

dicit incommunicabilitatem ad plura; vñitas autem vñiuersalis dicit communicabilitatem. Imò vñitas numerica constituit singulare oppositum vñiuersali: ergo destruit vñiuersale.

Distinguitur Secundò dixi vñitatem vñiuersalem distinguere ab vñitate formalis præcisè sumpta, quia vñitas formalis præcisè sumpta nec excludit, nec includit communicabilitatem ad plura; vñitas autem vñiuer-salis illam proximè includit. Deinde vñitas vñiuersalis non potest esse in vno indiuiduo; vñitas autem formalis est tota in vno indiuiduo: ergo manifestum est, quod vñitas formalis non est vñitas vñiuersalis. De vñitate autem formalis plurium indiuiduorum mox videro. Neque dicas, nullum inter contradicторia dati posse medium: ergo si vñitas non dicit incommunicabilitatem, necesse est ut dicat communicabilitatem. Resp. inter contradic-toria nullum posse dati medium à parte rei, sed dari posse medium per intellectum, quatenus intellectus præcindere potest naturam ab vitro contradictione; homo enim v. g. neque albus est, neque non albus. Vñitas ergo formalis à parte rei dicit incommunicabilitatem, quia est idem realiter cum vñitate numerica; sed propterea vñitas formalis, abstrahit tum ab incommunicabilitate, tum à communicabilitate. Addi etiam potest, communicabilitatem & incommunicabilitatem non esse contradictione, quia extreum utrumque sumitur positivè; si enim incommunicabile sumeretur negativè, tunc vñitas formalis includeret non communicabilitatem, id est, non includeret communicabilitatem; sed hoc totum pendet ex dicendis scilicet.

Non est sola Similitudo. Tertiò dixi, vñitatem vñiuersalem non esse solam similitudinem plurium naturarum, id est vñitatem formalem plurium indiuiduorum habentium similes essentias.

Ratio est, quia vñitas vñiuersalis est vera vñitas contraria pluralitatì, & eam excludens, aliqui fructu definiunt Philosophus vñiuersale, *vnum aptum inesse multis*. Similitudo est essentialiter opposita vñitati, & essentialiter dicit pluralitatem; similitudo enim relatio est; relationis autem totum esse est ad aliud se habere; nihil enim est sibi simile, sed alteri tantum: unde certum est, quod similitudo in suo conceptu essentialiter & intrinseco excludit vñitatem: ergo vñitas vñiuersalis non est sola similitudo plurium naturarum, vt ostendam iterum scilicet.

Quid pro- prie illa sit. Quartò igitur sequitur, vñitatem vñiuersalem esse indiusionem alicuius naturae in plures naturas, tum similes, tum dissimiles; cum aptitudine tamen ut in plures dividatur naturas similes. Scio Hurtadum, & nouos alias Nominales dicere vñitatem vñiuersalem non esse indiusionem naturae, sed indiusionem ipsius cognitionis confusè concipientis plura indiuidua, quos inferius confutabo;

Certum est sextò, aptitudinem essendi in pluribus propriam vñiuersalis esse proximam & positinam non repugnantiam naturae realis ad sui multiplicationem.

Aptitudo vñiuer-salis. Primo dicitur esse potentia proxima; duplex enim esse potest potentia ad multiplicationem; alia proxima, quæ nullo est affecta impedimento, ut reuocari possit ad actum; alia remota, quæ affecta est impedimento, quo remoto ad actum reuocari possit. Vñiuersale aptum est proxime ad multiplicationem; si enim sufficeret aptitudo affecta impedimento, singulare esset vñiuersale, quia potentiam habet remotam ad communicationem.

Proxima. Minor

A Secundò dicitur esse potentia positiva; nam aptitudo, sive potentia, quædam est positiva, quædam negativa. Non repugnantia negativa illa est, quæ non conuenit naturæ, nec eius oppositum; id est quoties natura nec habet repugnantiam, neque non repugnantiam. Positiva non repugnativa, est quæ per seipsum naturæ conuenit, id est cum natura dici potest habere non repugnantiam; si enim natura solam habeat non repugnantiam negativam, dici solùm potest quod non habeat repugnantiam; dici non potest quod habeat non repugnantiam. Vñiuersale requirit positivam aptitudinem, ita ut licet dicere, quod habeat non repugnantiam, alioqui vñitas formalis esset vñitas vñiuersalis: nam de natura secundum se licet dicere, quod neque habeat repugnantiam, neque habeat non repugnantiam ad multiplicationem; & tamen natura secundum se non est vñiuersalis.

B Tertiò tamen valde obseruandum est, quod Quomodo quando vñiuersale dicitur vnum aptum inesse fit vnum & multis, non est intelligenda definitio in sensu aptum si-composito, quasi vnum manens vnum possit in

multis de facto inueniri eo modo quo est vnum; implicat enim ut natura simul sit vna, & manens vna, sit etiam actu multiplex. Nam hoc ipso, quod natura intelligitur esse in Petro, Paulo, & Ioanne, non est amplius vna, sed multiplex, cum sit contracta per differentias indiuiduantes. Debet ergo tota hæc definitio vñiuersalis intelligi solidum in sensu diuiso; est enim vnum aptum inesse multis, quia natura illa, qua per intellectum sit vna, potest multiplicari per differentias contrahentes; ita tamen ut ipsa contractione amittat vñitatem, atque ira definat esse vñiuersalis. Eodem recedit altera explicatio: Vñiuersale est vnum in statu abstractionis, aptum ut sit multa, & in multis in statu abstractionis; aptum ut sit multa, & in multis in statu contractionis, ut patebit ex sequentibus. Post illa enim explicata magis quam disputata de propria quidditate vñiuersalium, grauissimæ circa eorum existentiam mouentur difficultates.

S E C T I O N I I .

Vtrum detur aliquod vñiuersale.

Non hic queritur, vtrum detur à parte rei vñiuersale ante omnem intellectus operationem, quod postea disperabitur; sed vtrum detur aliqua natura realis, vñiuersalis in essendo & praedicando; sive illa vñiuersalitas ei conueniat à parte rei, sive conueniat tantum per intellectum. An verò detur solùm vñiuersale in significando voces scilicet communes multis, & vñiuersale in repræsentando conceptus scilicet mentis; vñiuer-sale autem in essendo nullum omnino detur: Ita enim sensisse Cratylum & Heraclitum refert Philosophus 4. *Metaphys. texiu 22.* & Epicureis idem tribuit S. Thomas *opusculo 55.* Eandem sententiam sequuntur Nominales veteres & noui, quos omnes rectè cum Anselmo *lib. de incarn. Verbi,* cap. 2. vocare late possumus Hæreticos Dialecticos, qui non nisi flatum vocis velint esse vñiuersales substantias.

Ratio tamen dubitandi primo est, quia impli-cat aliquid esse vnum actu, & actu multa; esset bitatio enim vnum, & non vnum; sed vñiuersale quod est vnum aptum praedicari de multis, esset vnum actu, & actu multa: ergo implicat vñiuersale quolibet essendo. Maior nota est ex terminis.

648 Philosophiæ Peripat.Lib.IV. Disp.III.

Minor probatur. Illud quod actu identificatur cum multis, est actu multa: sed illud quod actu potest prædicari de multis, est actu identificatum cum multis; subiectum enim prædicationis, & prædicatum identificantur: ergo quod potest prædicari de multis, est actu multa: ergo vniuersale quod est vnum & aptum prædicati de multis, est vnum actu, & actu multa.

Secunda.

Secundū, intellectus dum affirmat, vel negat, coniungit vel separat extrema; sed intellectus non separat, nec coniungit nisi conceptus suos formales, res autem ipsas nec separat, nec coniungit: ergo soli conceptus formales sunt extrema propositionum, non autem res ipsæ: ergo soli conceptus formales sunt vniuersales, non autem naturæ ipse reales. Imò quidquid existit, aut realiter, aut obiectiū, est singulare; sit enim per actionem aliquam, aut realēm, aut intentionalem: ergo nullum vniuersale realiter existit, aut obiectiū.

Tertia.

Tertiū implicat, dari aliquid totum diuisibile in plura, quæ sint adæquatè idem cum illo; aliqui totum non erit maius sua parte, neque pars distinguitur à suo toto: sed vniuersale est totum diuisibile in partes, quæ sint adæquatè idem cum suo toto; est enim vnum aptum inesse multis secundū totam suam significationem: ergo implicat vniuersale.

Quarta.

Quarto implicat, aliquid esse realiter naturam Petri, & realiter naturam Pauli: ergo implicat aliquam naturam esse vnam aptam inesse pluribus & vniuersalem. Probatur antecedens. Id quod est realiter Petrus non potest esse realiter Paulus: sed natura Petri est realiter Petrus, & natura Pauli est realiter Paulus: ergo implicat ut quod est realiter natura Petri, sit realiter natura Pauli. Sed natura vniuersalis vna, & tamen apta prædicari de Petro, Paulo & Ioanne, realiter est natura Petri, Pauli, & Ioannis; nihil enim prædicatur, vel potest prædicari de Petro, nisi quod est realiter natura Petri; & nihil prædicari potest de Paulo, nisi quod est realiter natura Pauli & ipse Paulus: ergo implicat dari aliquid vniuersale præter voces & conceptus.

Conclusio affirmans.

Dicendum tamen est, non solas voces & conceptus esse vniuersales, sed dari etiam naturas in essendo vniuersales, sive illæ realiter, & à parte rei; sive per solum intellectum sint vniuersales. Ita docet cum Aristotele loco citato 3. Metaphysica, & lib. 1. poster. sextu 36. schola tota Peripatetica, cui perperam se opponit secta nouorum & veterum Nominalium.

Prima probatio.

Primo enim natura vniuersalis in essendo illa est, quæ pluribus conuenire potest, & de illis prædicari: datur huiusmodi natura: ergo datur vniuersale in essendo. Minor probatur. Natura humana conuenit Petro, & Paulo, & de illis prædicatur, quod sint homines: ergo datur natura, quæ de pluribus potest prædicari. Deinde in hac propositione, *Homo est animal*, hæc vox, homo, non significat naturam singularem; quia illa est propositio æternæ veritatis: neque significat solum conceptum formalem; cognitio enim mea non est animal rationale: ergo hæc vox, homo, significat naturam vniuersalem in essendo.

Secunda probatio.

Secundū datur aliqua vox vniuersalis in significando, & aliquis conceptus vniuersalis in representando: ergo datur aliqua natura significata per vocem, & representata per conceptum, vniuersalis in essendo. Probatur consequentia. Vox illa, homo, significat omnes homines, quatenus

A conuenient in communi natura: sed illa communis natura, in qua conuenient, est ipsum quod appellatur vniuersale in essendo: ergo si datur vniuersale in significando, & representando, datur etiam vniuersale in essendo. Deinde quando dicimus, *Omnis homo est animal*, non intendimus dicere hanc vocem, homo, esse hanc vocem, animal; neque conceptum formale quo cognoscitur animal, esse conceptum formale, quo cognoscitur homo; sic enim falsa esset proposicio: sed intendimus dicere rem significatam hoc nomine, animal, esse rem significatam nomine, homo: sed res illa significata est aliquid commune, cum hæc sit proposicio vniuersalis: ergo datur res aliqua vere vniuersalis in essendo.

Tertiū si auferuntur vniuersales nature in essendo, tolli debent omnes scientie, que non sunt de singularibus, cum illa sint contingencia; neque de solis vocibus & conceptibus: nam scientia de homine, cum demonstrat quod sit tristis, vel admirativus, non hoc demonstrat de sola voce vel conceptu; vox enim, homo, non est tristis: ergo scientia est de solis naturis vniuersalibus.

Ad primam respondeo, vniuersale nullo modo esse vnum actu, & actu multa, quoniam actu non potest sit nisi vnum, & potestate sit multa; quia vno, qui sub finem sectionis superioris, quando dicuntur quod vniuersale sit vnum aptum inesse multis, non significatur, quod sit vnum, & aptum esse in multis in sensu composito, id est quod possit esse in multis seruando unitatem; sed tantum quod sit vnum, & aptum esse in multis in sensu diuisio, id est amittendo illam unitatem: nam vniuersale, ut dicitur postea, dum actu prædicatur, amittit unitatem, & vniuersalitatem. Itaque ad illam probationem illud quod est identificatum cum multis, est multa; si actu identificetur, concedo; si non identificetur actu, sed solum possit identificari admittendo unitatem, nego illud esse actu multa; est enim actu vnum, & potestate multa: sicut virga triplamaris actu est vna, quoniam sit potentia multiplex, cum sit diuisibilis in plures palmos. Imò etiam dici potest, quod ali-

quid esse potest denominatio vnum per operationem intellectus, & realiter multa; nam vniuersale non habet unitatem nisi per operationem intellectus; realiter & à parte rei est multiplex natura singulatus.

Ad secundam respondeo verum esse quod intellectus, dum affirmat vel negat, coniungit vel cuncti separat extrema. Ad illam autem minorem: sed intellectus non coniungit aut separat res ipsas realiter & à parte rei, concedo; non coniungit aut separat obiectiū cogitando vnam sine altera, aut cogitando vnam cum altera, nego; potest enim iudicare res illas esse coniunctas, aut separatas, vel præscindendo, vel iudicando. Deinde venit est nihil existere realiter quod non sit singulare; per intellectum autem existere potest etiam ipsum vniuersale, ut dicitur scilicet 3. & 4.

Ad tertiam respondeo vniuersale dupli modo esse totum. Primo essentiale quod diuiditur in partes sue definitionis: secundū potentiale, quod diuiditur in plura inferiorib; Quatenus est totum essentiale, reperitur totum in singulis inferioribus, non autem quatenus est totum potentiale: vnde ad formam argumenti distinguuntur maior. Implicat totum aliquod potentiale diuisibile in plura inferiorib; quæ sint idem cum illo, quatenus est totum potentiale, concedo; quæ sint idem cum illo;

illo, quatenus est totum esse entiale, nego. Vniuersale autem non reperitur totum in singulis inferioribus, quatenus est totum potentiale, sed quatenus est totum esse entiale. In Petro est tota essentia naturæ humanae, sed non est in eo vniuersalitas naturæ vniuersalis.

Solutio quarta. Ad quartam respondeo implicare omnino ut aliquid simul & realiter sit natura Petri, & natura Pauli; quod enim est realiter Petrus, non potest realiter esse Paulus. Distinguunt autem hanc consequentiam: ergo implicat naturam esse realiter unam aptam inesse multis, concedo; esse per intellectum unam aptam inesse multis amittendo unitatem, nego. Sed hoc magnâ egebit explicatio, vt patet ex sequentibus.

SECTIO III.

Vtrum vniuersale à parte rei existat.

Habemus dari vniuersale aliquod in essendo, quod non sit sola vox, aut conceptus, sed natura realis una, & apta inesse pluribus, id est indiuisa & diuisibilis. Nunc difficultas præcipua est, quomodo existat natura illa una & apta; virum videlicet ante operationem intellectus habeat unitatem & aptitudinem; an vero à solo intellectu habeat vtramque. Ceterum autem est, materiale vniuersalis, seu naturam ipsam, quæ denominatur vniuersalis, existere à parte rei; sed queritur virum formale vniuersalis, sive vniuersalitas existat in ea natura sine vlla cogitatione intellectus. Quod ut explicem, dicenda mihi sunt tria. Primo virum existat aliquod vniuersale à parte rei separatum à singularibus: secundò virum existat cum illis coniunctum: tertio an natura secundum se sit à parte rei vniuersalis.

§. I.

Vtrum vniuersale à parte rei existat separatum à singularibus.

Index Platonis.

Certum est primo, Platonem in omnibus factis libris, sed in Timæo præserit, Phædon, & Parmenide, inducere ideas quasdam perfectarum omnium specierum separatas à singularibus, aternas, incorporeas, substantiferas, supramundanas, vniuersales: ideam v. g. hominis, quæ non sit singularis aliquis homo, sed huminitas separata, quam omnes homines participent, eo quod omnes fiant ad eius imitationem. Propter has autem ideas Plato accusatur, quasi dixerit dari à parte rei naturas vniuersales in essendo separatas à singularibus individus; quas naturas appellauerit ille ideas; sive Platonem refellit sapientissimus Aristoteles, ostenditque ideas illarum alias inanitatem, alias impossibilitatem, præfertur vero 1.7. & 13. Metaphys. & 1. Ethic. cap. 6. eodem modo sentiunt Ambrosius lib. 4. de fide, cap. 3. lib. 1. hexameron, cap. 1. Cyriacus lib. 2. contra Julianum, sub finem, Tertullianus lib. de anima, cap. 18. Ireneus lib. 2. cap. 6. & 19. Elias Cretenis in orat. 10. Nazianzeni, Billius in orat. 33. num. 31. Iustinus in parœsi. Verum mitius cum Platone agendum alij existimant, voluisse scilicet illum dari rerum omnium creabilium ideas in mente Dei, quæ non sint ipsæ rerum naturæ, sed exemplaria aeterna in Deo existentia, ad quorum similitudinem omnia fiant,

R. P. de Rhodes curs. Philosoph.

A & veluti attraictu signentur. Sic videlicet Platonem explicant Augustinus lib. 83. qq. quest. 46. & lib. 7. Ciuitas, cap. 26. Clemens Alexandrinus lib. 3. & 4. Stromatum, Eusebius lib. 11. preparat. cap. 11. & 12. aliique plures apud Eugubinum lib. 1. perennis Philosophia, cap. 10. Sebastianum Foxium lib. 1. Philosoph. naturalis, Fonsecam 7. Metaph. cap. 8. quest. 2. cum quibus

Ceterum est secundò, nulla Platonem posuisse vniuersalia in essendo à parte rei existentia separata à singularibus, sed vniuersalia in cauando, & illa non esse aliud quam ideas improductas, ad quarum similitudinem omnia Deus extra se operatur. Deinde voluisse Platonem has ideas indi-

Excusatio Platonis.

stinctas esse ab ipso Deo, cum in eius sint intellectu, in quo nihil est quod non sit Deus. Hoc autem omnia patet esse verissima. Neque obstat quod Plato duplum videatur statuere mundum à Deo creatum; sensibilem unum, alterum intelligibilem, quem constitutus illa idearum creatarum congeries; sed mundum intelligibilem vocat Plato partim cum quem habet Deus in mente sua, *Pulchram pulcherim ipse mundum mente gerens*: partim spirituales creaturas à mundo sensibili separatas. Ita omnino existimauerim cum Augustino excusari posse Platonem, qui certè si non errauit, discipulos sanè habuit longè aliter sentientes; posuerunt enim ideas illas velut naturas quasdam vniuersales à singularibus separatas.

C Ratio autem dubitandi esse potest primo, quia prima divisione vniuersalia essent coniuncta cum vniuersalibus corruptibilibus, & cum illis identificata, essent corruptibilia: hoc autem absurdum est, quia scientiae debent esse de rebus perpetuis & incorruptibilibus; sunt vero de rebus vniuersalibus: ergo vniuersalia separata sunt à singularibus.

Secundò si vniuersalia non essent actu & à parte rei separata à singularibus, falsò conciperentur separari, sive nulla darentur vniuersalia nisi in falsa conceptione intellectus: hoc autem absurdum est, quia ita fictitiae essent omnes scientiae: ergo vniuersalia separata sunt à singularibus.

Dico primò, nullum dari vniuersale in essendo à parte rei separatum ab omnibus singularibus, negativa: quod sit idea Platonis, aut aliquid aliud.

Ratio est primo, quia rerum essentia non potest esse separata ab ipsis rebus, quartum est essentia: sed vniuersale in essendo est essentia ipsa rerum, de quibus praedicatur: ergo illud vniuersale non potest esse separatum ab ipsis singularibus. Imò quod est à re aliqua separatum, non potest de illa praedicari, vniuersale autem praedicatur de singularibus: ergo patet quod non est ab illis separatum. Denique illud vniuersale vel est aliquid in creatum, & sic cum sit ipse Deus, non est essentia rerum singularium; vel est aliquid creatum, & sic cum produci debuerit per actionem aliquam singularem, est necessarium sine gualare.

Ad primam resp. vniuersalia sumpta formaliter esse in corruptibilia; sumpta vero fundamentaliter, esse corruptibilia, & propterea nimis significant naturas similes. Possunt vero singularia considerari vel secundum essentiam, vel secundum existentiam. Si primo modo sumuntur, incorruptibilia sunt; si secundo modo, sunt corruptibilia. Porro scientiae versantur circa obiecta incorruptibilia, quia ies ipsas considerant secundum essentiam;

III i. tiam,

650 Philosophiaæ Peripat.Lib.IV.Disp.III.

tiam, non secundum existentiam: vnde ad argumentum distinguitur maior; si vniuersalia essent coniuncta cum singularibus, essent corruptibilia secundum existentiam, nego; secundum existentiam, concedo: hoc autem nego absurdum esse.

Solutio se- cunda.

Ad secundam resp., duobus modis posse vniuersalia per intellectum separari à singularibus: primum si intellectus inducit illa esse à singularibus separata; & tunc falsum est iudicium intellectus: secundum si concipiatur natura non concipiendio illam ut existente in singularibus, & tunc nulla est conceptio falsa, quia concipit quidem tunc intellectus unum, & non concipit aliud; sed non affirmat unum esse realiter sine alio, quæ vocatur abstractio: abstrahentium autem non est mendacium. Quando fit vniuersale, intellectus non separat illud primo modo à singularibus, sed secundo modo, propterè non fallitur.

S. II.

Virum vniuersale à parte rei existat coniunctum cum singularibus.

Secundus diffi- cultatis.

Materiale vniuersalis, idest natura quæ denotatur vniuersalis, realiter sine dubio existit coniuncta cum singularibus: sed queritur vtrum huiusmodi natura existens in singularibus habeat in illis vniuersalitatem, idest unitatem, & aptitudinem essendi in pluribus.

Prima du- bitatio.

Ratio autem dubitandi primò est, quia Petrus & Paulus à parte rei non differunt essentialiter, sed tantum numero; sunt enim realiter eiusdem speciei: sed si natura eorum à parte rei est multiplex, differunt essentialiter, & non sunt eiusdem speciei: ergo eorum natura non est à parte rei multiplex, scilicet vna & vniuersalis; est enim unica species omnium hominum. Imò natura Petri & Pauli magis est vna, quam natura Petri & equi: ergo natura Petri & natura Pauli solo differunt numero, & specificam habent unitatem. Denique à parte rei propositiones istæ veræ sunt, Petrus est homo: Paulus est homo: ergo datur aliqua natura illis communis.

Secunda.

Secundò natura humana in uno individuo, v. g. in Petro, est verè vna; & natura humana est verè in pluribus: ad vniuersale autem sufficit vnius cum aptitudine: ergo à parte rei natura Petri est vniuersalis. Similiter natura Petri est vna realiter, & apta ut sit in pluribus per sui similitudinem: ergo natura illa est à parte rei vniuersalis.

Tertia.

Tertiò natura, quæ realiter est in omnibus individualibus humanis, habet à parte rei veram unitatem formalem, secundum quam est individua in plures dissimiles naturas; & præterè est in pluribus individualibus: ergo est à parte rei vna, & apta esse in pluribus.

Conclusio negativa.

Dico secundò, nullam dari à parte rei naturali actu & formaliter vniuersalem, sed fundamentaliter tantum, & potentiam. Ita docent communius omnes cum S. Thoma contra omnes Scotitas, quibus nullo modo faver Scotus, cùm solum à parte rei ponat vniuersale fundamentale. Prūsq[ue] autem illos impugnam.

Vniuersali- tas funda- mental & actualis.

Obserua primò, ex Scoto vniuersalitatem, sive unitatem vniuersalem aliam esse actualem, aliam fundamentalem, sive in potentia. Fundamentalis, est similitudo quædam plurium naturalium realiter distinctarum, quæ fieri possunt una per intellectum, idest concipi per modum vniuersalem.

A v.g. naturæ humana Petri & Pauli sunt fundamentaliter vna natura, quia cum sint similes, potest intellectus conceipere illas per modum vniuersalem: naturæ verò Petri & bouis non habent unitatem fundamentalē, quia sunt inter se dissimiles. Vnitas vniuersalis actualis est individualiter in se cum aptitudine vt dividatur in plura inferiora; nemini dubium est, quin detur vniuersale fundamentaliter, quia hoc non aliud est quā dari naturas à parte rei distinctas inter se similes, quæ possint per intellectum fieri vna natura vniuersalis. Certum autem est, dari à parte rei huiusmodi naturas: ergo datur à parte rei vniuersale fundamentaliter. Vnde minor nouis quodam Philosophos, qui asserunt dari vniuersale à parte rei, quia receptissimam mutant definitionem vniuersalem, quod dicitur *aliquid unum aptum inesse pluribus*; ipsi autem definiti, id quod est simile, aptum vi per similitudinem in pluribus. Quasi verò dubitauerit illius vnguam, vtrum à parte rei denitur natura inter se similes aut non sit inutile querere, vtrum deinde vniuersale à parte rei ante operationem intellectus, si ad vniuersalitatem sola requiratur similitudo plurium naturalium, quæ vt supra notabam, mollo modo est actualis vnitatis, imò essentialiter dicit pluralitatem, cùm sit vera relatio. Imò certum est vniuersale opponi singulari, & implicare ut quodlibet singulare sit vniuersale. Sed si ad vniuersalitatem sufficit similitudo, nullum est singulare, quod non sit reverè vniuersale; nullum enim est quod non sit simile pluribus, & communicabile per sui similitudinem: ergo quodlibet singulare erit vniuersale.

Maneat itaque in recepta vniuersalis definitione, quod est unum actu, & aptum inesse pluribus; unum, inquam, idest proprium unum & individualiter in se; negat conclusio, dari à parte rei huiusmodi unum communicabile pluribus per seipsum, quanvis non repugnet dari à parte rei vniuersale fundamentaliter, idest naturas plurimes quæ propter similitudinem possunt cogitari ut vna.

Obserua secundò, eos qui dicunt vniuersalitatem actualem conuenire natura in individualibus, distingue in natura Petri duplicitem unitatem; vna est quæ vocatur numerica, & est illa, per quam constituitur hic numero, & ab omni alio distinguitur. Altera vocatur generica, vel specifica, per quam constituitur homo, & convenit cum aliis omnibus hominibus. Secundum hanc ultimam unitatem dicunt naturam Petri esse vniuersalem, vnam scilicet aptam inesse pluribus, quanvis secundum priorem unitatem omnino sic singularis. Ego autem cum sententia communis assero naturam Petri non habere à parte rei ullam unitatem nisi numericam; unitatem autem illam genericam & specificam non esse à parte rei unitatem actualem, sed tantum similitudinem naturalium reverè plurium, quam vocabam unitatem vniuersalem fundamentaliter; siveque naturalis omnes existentes singulares esse realiter, quas tamen intellectus possit conceperet vnam.

Ratio autem primò est, quia omnis natura existens à parte rei est singularis, & pluribus incomunicabilis: ergo nulla natura est à parte rei vniuersalis. Probatur antecedens. Quidquid est realiter idem cum existentia & singularitate, est realiter singulare: sed omnis natura existens à parte rei, est realiter idem cum existentia &

& singularitate, ut demonstrabam 2. *dissut.* igitur A omnis natura existens est à parte rei singularis. Deinde argumentor. Vnitas specifica naturæ Petri est raliter idem cum unitate numerica Petri; sed vnitatis numerica Petri est aliquid singulare distinctum à natura Pauli: ergo vnitatis specifica Petri est singularis omnino distincta ab unitate specifica Pauli.

Secundò implicat dari à parte rei naturam creatam vnam, quæ sit in pluribus; natura enim quæ in pluribus est, & cum illis identificatur, necessariò est multiplex: ergo implicat dari à parte rei vniuersale. Antecedens probatur. Quidquid est realiter idem cum pluribus, est realiter plura: natura quæ est in Petro, Paulo, Ioanne, realiter idem est cum Petro, Paulo, Ioanne: ergo est realiter plures naturæ; natura enim tota Petri, & tota natura Pauli possunt separari, sunt per actiones realiter diuersas, habent oppositas operatio-nes: ergo illæ sunt realiter plures. Quod adē est evidens, vt nulla egeat probatione. Quis enim neget Petrum & Paulum esse realiter duos homines, & in illis esse realiter duas naturas mutuò independentes & separabiles? Denique ponere vniuersale à parte rei est ponere in rebus creatis mysterium multò maius mysterio Trinitatis; natura enim diuina vna est in tribus tantum personis; natura verò creata esset vna & communis in innumeris individuis.

Eiusmo. Video responderi ad omnia illa posse, inde quidé sequi, quod nulla natura creata potest esse vna numero, & communis pluribus, quod soli conuenit diuinæ nature; non sequi autē quod natura creata nō possit esse vna specificè, multiplex autem numericè.

Sed contrà: nam vnitatis requisita ad vniuersale, est vera vnitatis & propria indiuisio; de illa enim sola loquimur cùm dicimus, vniuersale esse vnum & commune pluribus; si autem singatur vnitatis impropria, quæ non sit indiuisio absoluta rei alicuius in se, iam inutiliter queritur, vtrum detur vniuersale à parte rei. Sed vnitatis illa specifica non est à parte rei indiuisio rei in se, in dicit essentialiter diuisiōnem in plures naturas similes: ergo illa vnitatis non sufficit ad verum vniuersale. Deinde, vt nuper argumentor, nullum singulare potest esse vniuersale: sed quilibet singularis naturæ vnitatem habet specificam cum aliis singularibus: ergo vnitatis specifica non sufficit ad vniuersale.

Ad primam respondeo, Petrum & Paulum non differre essentialiter, si differre essentialiter significet habere dissimiles essencias; si autem significet habere plures & distinctas, differunt essentialiter. Similiter Petrus & Paulus sunt actu ciusdem speciei, quæ sit vna fundamentaliter; non sunt ciusdem speciei quæ sit vna actualiter. Neque sequitur, illos esse diuersæ speciei, quia species vel significat naturam: quæ habet unitatem formalem, & sic non sunt diuersæ speciei; vel significat speciem vniuersalem, & sic illa non est à parte rei. Vide si addas: ergo sunt realiter diuersæ speciei, negari debet; quia species significat realiter naturam, quæ unitatem habet formalem. Natura Petri & Pauli magis est vna fundamentaliter, & in potentia, id est magis similis, quam natura Petri & equi; non est actu magis vna, id est, non est magis indiuisa: Petrus enim & Paulus tam habent duas naturas, quam Petrus & equus. Species ergo humana fundamentaliter vna est, non formaliter. Denique cùm dicitur, Petrus est homo: Paulus est homo, non significatur Petrus & Paulum esse vnum hominem,

R.P.de Rhodes curs. Philosoph.

A sed plures homines; ideo natura illorum non est vna nisi fundamentaliter.

Ad Secundam respondeo naturam Petri esse quidem vnam, sed illam eandem naturam vnam non esse aptam vt sit in pluribus; natura enim humana, quæ apta est inesse multis, est reuera multiplex. Ad hoc autem vt aliqua natura sit vniuersalis, oportet vt eadem natura quæ vna est, sit apta inesse multis; neque satis est, quod vna natura habeat unitatem, altera verò aptitudinem: tunc ergo natura humana esset à parte rei vniuersalis, si eadem natura Petri, quæ vna est, posset inesse pluribus. Sed neque sufficit ad vniuersale vt natura vna numero sit apta inesse pluribus per sui similitudinem; sed etiam requiritur vt possit esse in pluribus per seipsum, alioqui vniuersale & singulare nullam haberent oppositionem; neque vnum esset singulare, quod non esset vniuersale.

Ad tertiam sepe dixi, vnitatem formalem non sufficere ad vniuersalitatem, quæ requirit propriam vnitatem, quæ sit vera indiuisio naturæ communis; vnitatis autem formalis plurium indiuisorum non est propria indiuisio, sed similitudo naturatum, quæ sunt reuera plures; semper enim cùm queritur, vtrum detur vniuersale à parte rei, intelligitur nomine vniuersalis, vnum per propriam indiuisionem, & tamen diuisibile in plura, alioqui fracta disputatur; quis enim dubitare potuit, vtrum dentur à parte rei naturæ habentes similitudinem?

S. III.

Vtrum natura secundum se, siue in statu essentia sit vniuersalis à parte rei.

D Ixi hactenus, naturam in statu existentiæ reals, inclusam in singularibus, non esse vniuersalem: nunc considero eam in statu puræ essentie, quatenus dicit sola essentialia cum proprietatibus omnino necessariis: & quero, vtrum illi sic considerata conueniat actualis vniuersalitas ante operationem intellectus.

Ratio autem dubitandi est primò, quia tota ratio, quæ probatur naturam secundum se non esse vniuersalem, est quia nihil conuenit naturæ in statu essentie, quod illi non conueniat in inferioribus: hoc autem falsum videtur, quia multa prædicta negativa conuenient naturæ secundum se sumpta, quæ non illi conuenient in inferioribus: v.g. natura secundum se neque generatur, neque corruptitur: natura secundum se non est singularis, non habet realem existentiam: ergo similiter vnitatis vniuersalis conuenire poterit naturæ secundum se, quamvis non conueniat inferioribus.

Secundò. Illud est vnum, quod vnam habet definitionem: sed natura secundum se à parte rei vnam habet definitionem: ergo natura secundum se à parte rei est vna. Deinde, omne quod realiter est ens, est etiam realiter vnum: natura secundum se est ens: ergo natura secundum se realiter est vna; non unitate singulari: ergo vniuersali. Denique natura specifica secundum se apta est contrahi per plures differentias individuas; repugnat enim illi contrahi per unicam: ergo natura secundum se apta est vt sit in pluribus indiuisibiles.

Tertiò natura secundum suam essentiam, & à parte rei est indifferens ad Petrum & Paulum; si enim determinata esset ad Petrum, non posset esse in Paulo: ergo à parte rei est vniuersalis.

Dico
III 2

Affertio se-
gatua.

Dico tertio, naturam secundum se, sive in sta-
tu pure essentiæ, neque vniuersalem esse, neque
singularem. Contra Capreolum, Soncinnatem,
Iauellum, quos citat & sequitur Fonseca 4. Me-
taph. cap. 8. quaest. 5. vbi hanc unitatem naturæ
secundum se vocat unitatem præcisionis, quod
vt explicem

Quid signi-
ficeret natura
secundum
se.

Obserua primò, naturam secundum se appellati-
naturam, quatenus nec à parte rei existit, ne-
que in intellectu, sed purè consideratur secun-
dum essentialia, & proprietates necessarias; idèò
status iste naturæ secundum se plurimum differt à
status naturæ abstractæ per intellectum à differen-
tiis individuantibus; quia natura secundum se
dicit negationem omnis existentiæ, tum realis,
tum obiectivæ; existentia enim accidens est natu-
ræ, ideoque illa si sumatur in statu puræ essentiæ,
includere non potest existentiam; natura verò ab-
stracta per intellectum à differentiis individuan-
tibus dicit obiectivam existentiam. Agitur ergo hic
de natura secundum se, idest quatenus nullam di-
cit existentiam; illi autem Fonseca dicit conuenire
unitatem quandam præcisionis; vbi nomine
præcisionis non significatur abstractio facta per
intellectum, sed status quidam naturæ antequam
existat, & antequam cognoscatur sine individuis.
Huic enim quandam conuenire vult unitatem,
quæ in individuis illi non conueniat; & nihilominus
sit realis, eo quod sit independens ab omni
operatione intellectus; affirmatque propterea
dari à parte rei vniuersale.

Naturam
esse positivæ
vniuersal-
em, quid
fit.

Obserua secundò naturam tunc dici vniuersa-
lem positivæ, quando licet affirmare illam esse
vniuersalem, & negare illam esse singularem:
tunc dici vniuersalem negatiæ tantum, quando
non licet affirmare illam esse vniuersalem, neque
illam esse singularem; aliud enim est dicere per
modum propositionis affirmativæ, *Natura in sua
essentia est individualis*; aliud per modum propostio-
nis negativæ, *Natura in sua essentia non est divisibilia*.
Prima proposicio falsa est, vt statim probabitur:
secunda est vera; idèò dixi, naturam secundum se,
neque vniuersalem esse, neque singularem, idest
non essentialiter individualis, neque divisibilis essen-
tialiter; quia cùm natura sumatur in statu essentiæ,
omnis proposicio affirmans aliquod prædicatum,
quod non sit de essentia, est falsa; & contrà om-
nis proposicio negans erit vera: sicut tam falsum
est dicere de essentia hominis, *Est non albedo;*
quam, *Est albedo:* & contrà tam verum est dicere
de essentia hominis, *Est non albedo;* quam, *Non est albedo;* quia neutrum est de essentia homini-
nis. His positis,

Prima pro-
batio.

Ratio posita assertioñis est primò, quia natura
secundum se illa duntaxat conuenient, quæ vel
sunt de illius essentiæ, vel passiones eius necessariae: sed vniuersalitas & singularitas non sunt es-
sentialies naturæ, nec passiones eius necessariae: ergo illæ non conuenient naturæ secundum se.
Probatur minor, quia si vniuersalitas esset de es-
sentiæ naturæ, nūquam natura esse posset singularis;
& si essentialiter conueniret illi singularitas,
nūquam illa esse posset vniuersalis: ergo natu-
ra secundum se neque singularitas conuenit,
neque vniuersalitas: v. g. natura diuina ex eo
quod secundum se sit essentialiter singularis, nū-
quam esse potest vniuersalis: ergo natura creata,
si essentialiter esset vniuersalis, implicaret omni-
nō ut esset singularis.

Secunda probatio.

Secundò quidquid conuenit naturæ secundum
se, conuenit etiam naturæ contractæ in inferiori-

A bus: sed vniuersalitas non conuenit naturæ con-
tractæ in inferioribus: ergo non conuenit illi secun-
dum se. Deinde natura communis non distin-
guitur à parte rei ab individuis, sed tantum per
intellectum: ergo natura secundum se nullam ha-
bere potest unitatem, quæ non illi conueniat in
individuis, vel quæ non adueniat illi per intel-
lectum. Denique, quidquid est reale, vel existit,
vel potest existere à parte rei: unitas illa præci-
sionis, seu in statu essentiæ, nec existit, nec potest
existere à parte rei; nam extra individua nihil ex-
istit: ergo illa unitas non conuenit naturæ à par-
te rei.

B Neque dicas, illam unitatem non conuenire
naturæ in statu existentiæ, sed in statu essentiæ;
semper enim redit argumentum. Quod non ex-
sistit, neque potest existere, non est reale: illa uni-
tas naturæ secundum se, nec est, nec esse potest:
ergo illa non est realis.

C Quod autem natura secundum se sit vniuersa-
lis negatiæ, idest neque vniuersalis, neque sin-
gularis, probatur iisdem rationibus, quia scilicet
singularitas & divisio non sunt essentiales natu-
ræ, sicut dixi essentiali illi non esse vniuersali-
tatem & in divisionem. Ratio ergo conclusioñis
totius est, quia natura singularis, & natura vni-
uersalis dicunt existentiam; queritur enim, vnum
existat in rebus aliqua natura vniuersalis? Natu-
ra secundum se non dicit existentiam: ergo natu-
ra secundum se non est vniuersalis, nec est etiam
singularis.

D Ad primam resp. distinguendo minorem. Qua-
dam prædicta negativa conuenient naturæ secun-
dum se à parte rei sine abstractione intellectus, bi-
qua illi non conuenient in inferioribus, nego;
conuenient illi per abstractionem intellectus,
concedo. Nam neque generari, neque corrupti,
non esse singularis, non habere realem existen-
tiam, conuenient naturæ vt abstractæ; nec con-
uenient naturæ vt à parte rei existent.

E Ad secundam respondeo, illud quod habet
vniam definitionem, esse vnum actu duntaxat per cuncta
intellectum, realiter autem non esse vnum nisi
potentia. Naturæ secundum se unitatem habet for-
malem, non unitatem vniuersalem aut numeri-
cam. Neque dicas, unitatem formalem non suffi-
cere ad realitatem entis, cùm non sit vera indi-
cio, sine qua nullum est ens. Respondeo enim,
ens quodlibet esse vnum realiter, & à parte rei,
sed non esse vnum secundum se, nisi unitate for-
malis, quæ sufficit ad ens præcisè considerandum
secundum essentialia. Similiter naturæ secundum
se neque apta est contrahiri per plures differentias,
neque per vnicam tantum; quia sumpta secun-
dum se solam dicit essentialia. Naturæ verò speci-
fica in statu existentiæ realis non est vna, sed
multiplex, apta vt contrahatur per multas dif-
ferentias individuales. Si autem sumatur naturæ vt
specifica est formaliter, fateor illam aptam esse vt
contrahatur per multas differentias individuales;
sed hoc illi non conuenit nisi per intellectum.
Denique natura in pluribus multiplex est, non
vna; idèò plures quidem naturæ possibilis sunt,
sed non est possibilis vna natura, quæ sit, vel
esse possit in pluribus.

F Ad tertiam resp. naturam secundum se nec esse
indifferentem positivæ ad Petrum & Paulum, ter-
tiam, nec esse determinatam ad solum Petrum; quia vt
ex dictis patet, cùm in eo statu non dicat nisi
prædicta essentialia, neque dicit indifferentiam,
nec indeterminationem; ideoque solum negatiæ
indifferentes.

indifferens est. Hæc propositio, *Natura secundum A*
se non est determinata, dupliciter intelligi potest:
 primum ita ut significet naturam non esse determinatam, & hoc est naturam esse negatiū indifferētē, quod conuenit naturā secundūm se;
 secundūm ita ut significet naturam esse non determinatam, quod est naturam esse positivū indifferētē; quod negatiū conuenit naturā secundūm se sumptā.

Prima instantia.

Instabis primū. Ex propositione negatiū de
 prædicato finito bene infiri potest affirmatiā de
 prædicato infinito, vt ait Philosophus: v.g. reētē
 dicitur, *Homo non est albus: ergo est non albus.* Hæc prædicatio, *Natura secundūm se non est diuisa*, est vera: ergo hæc affirmatiā de prædicato infinito est vera, *Natura secundūm se est non diuisa*.

Resp. illam regulam non valere in propositionibus reduplicatiis, in quibus enunciatur aliquid de essentiā rei; sed tantū veram esse in propositionibus simplicib; v.g. non licet dicere, *Homo ex sua essentia non est albus: ergo ex sua essentia est non albus.* Hoc enim consequens falso est. Ita similiter, quamvis vera sit hæc propositio negatiū, *Natura secundūm se non est diuisa*; falsa tamen erit hæc: Ergo natura secundūm se est non diuisa. In propositionibus tamen reduplicatiis reētē licet ex affirmatiā inferre negatiū, vt, *Homo ex sua essentia est non equus: ergo ex sua essentia non est equus.*

Secunda instantia.

Instabis secundū. Ex diuisis contradictoriis vna est vera, & altera falsa: sed determinatum & non determinatum, diuisum & non diuisum, sunt contradictria: ergo eorum alterum conuenit naturā secundūm se.

Respondeo primū quidem ad minorem, non determinatum & non diuisum posse sumi vel positiū, seu infinitē, prout scilicet sunt vna dictio; vel negatiū, prout duæ sunt dictiones. Si sumuntur negatiū determinatum & non determinatum, diuisum & non diuisum, contradictria opposuntur: si autem sumuntur infinitē, non opponuntur contradictria, sed contrariē tantū, quia utrumque extrellum postivium est. *Natura secundūm se est non determinata*, non diuisa negatiū, sed non positivū.

Deinde respondeo ad maiorem: ex contradictrioriis vna necessariō est vera, & altera falsa, quando illa sumuntur absolute sine reduplicatione, concedo; quando sumuntur cum reduplicatione, nego; datur enim medium inter contradictria sumpta cum reduplicatione, v.g. homo absolute vel est albus, vel non est albus; sed cum reduplicatione, quatenus homo & secundūm se, nec est albus, neque non albus; quia sūpē sit vt neque forma, neque negatio sit essentialis alicui naturæ.

Instabis tertīo: nulla res esse potest vna nisi negatiū, vnitatis enim negatio est: ergo si natura secundūm se vna est negatiū, est vere vna.

Resp. vnitatem nihil superaddere ipsi enti præter negationem; que negatio dicitur conuenire alicui positivū, cū licet affirmare negationem illi conuenire. Tunc autem dicitur conuenire negatiū, quando non licet affirmare illam rei conuenire, neque illius oppositum. Illud ergo positivū non cadit supra negationem, sed cadit supra modum, quo illa conuenit subiecto, de quo affirmatur.

SECTIO IV.

An, & quomodo vniuersale per operationem intellectus existat.

Ex tribus statibus, in quibus assertabam, posse Naturam considerari, essentiā, realis & obiectiuā existentiā, demonstrauī vnitatem vniuersalem novi illi conuenire in statu essentiā, nec in statu existentiā realis; vnde superest ut conueniat illi solū in statu existentiā obiectiuā: quod ut declarē, tria mihi hoc loco præstanta sunt. Primum probandum, quod natura per operationem intellectus accipit vniuersalitatem: secundū, quod illa operatio sit abstractio, non formalis, sed obiectiuā: tertīo, quod sufficiat abstractio illa sine illa comparatione.

§. I.

Virum natura fiat vniuersalis per operationem aliquam intellectus.

Ratio dubitandi est primū, quia omnis poterit. **P**rima duxit. **A**pponit suum obiectum, non illud facit: **b**eatissimum. *vniuersale obiectum est intellectus: ergo intellectus apponit vniuersale, non illud facit.* Deinde omnis existentiā est singularitas: existentiā obiectiuā est vera existentiā: ergo existentiā obiectiuā est singularitas. Neque dispar ratio est existentiā realis & obiectiuā; nam existentiā realis id est singularitas, quia terminat actionem singularē: existentiā obiectiuā terminat actionem singularē: ergo est etiam singularitas. Denique conceptus formalis habet vnitatem à conceptu obiectiuo: ergo conceptus obiectiuus non habet vnitatem à conceptu formalis, alioqui dabatur circulus vitiosus inter duos illos conceptus. Conceptus videlicet formalis tendentia est ad terminum obiectuum, tanquam in terminum; tendentia vero suam accipit vnitatem à termino, non terminus à tendentia.

Secundū si natura fieret vna per operationem intellectus, sequeretur quod natura eadem humana per diversos conceptus à diversis hominibus apprehensa, esset multiplex vniuersale, habaret enim plures vnitates vniuersales, quia conceptus formalis dat vnitatem conceptui obiectiuo; sunt autem plures hæc conceptus formales: ergo & plures obiectiuī, seu plura vniuersalia, & plures naturæ vniuersales.

Tertīo illa naturæ eodem modo se habent quando uno conceptu apprehenduntur, quo se habebant ante: sed ante erant diuisæ in plures: ergo & post sunt diuisæ. Probatur maior, quia intellectus qui operatur immanenter, naturas quas concipit non immutat, sed quales illas inuenit, tales etiam relinquit.

Quarto debet intellectus apprehendere res vt sunt à parte rei, alioqui errabat: sed naturæ humanae sunt à parte rei plures: ergo intellectus debet apprehendere illas vt plures; si autem apprehendit illas vt plures, non habent amplius vnitatem obiectuum.

Dico primū, naturam fieri reuerā vniuersalem, **C**onclusio id est vnum & aptam inesse pluribus per solam operationem intellectus, quando concipiatur per vnicum conceptum formalem. Ita omnino habetur ex Aristotele lib. 5. *Metaphys. textu 11. & lib. 10. Metaphys. textu 1.* vbi inter varios modos vnitatis ponit vnum ratione ac intelligentiā, quod

654 Philosophiæ Peripat.Lib.IV.Disp.III.

vnum tribuit vniuersali. Idem docetur ab Augustino variis locis, & à Damasceno lib. i. fidei, c. ii. vbi ait naturas singularium sola ratione vnum esse. Sequentur eandem sententiam S. Thomas lib. de ente & essentia, cap. 4, opusculo 42. cap. 9, 1, 2. quaq. 17. art. 4. Alensis, Suarez, Vasquez, & alij, tunc veteres, tum recentiores Philosophi, & sequitur ex præcedentibus: si enim datur omnino aliquod vniuersale, quod tamen à parte rei non existit, reliquum duntaxat est ut per solam intellectus operationem existat.

Ratio ergo est, quia natura per operationem intellectus fit vniuersalis, si fiat vna & apta inesse pluribus: sed per operationem intellectus natura qua à parte rei est multiplex, fit vna & apta inesse pluribus: ergo natura fit verè vniuersalis per operationem intellectus. Minor duas habet partes,

Natura per intellectum fit vna.

Primo enim, quod natura fiat verè vna eo ipso quod concipiatur per unicum conceptum intellectus, solum eget explicatione. Naturæ v. g. humana est à parte rei diuisa in plures naturas participantibus idem nomen, & rationem omnino similem; Petrus enim suam habet propriam humanitatem, qua non est humanitas Pauli. Sed haec tamen humanitates convenienter in eo, quod idem habeant nomen, & quod sint inter se similes secundum idem significatum huius nominis, *humanitas*. Itaque à parte rei natura humana est plures nature nominis eiusdem & rationis: sed nichil dominus intellectus noster naturam humanam, qua à parte rei ita est diuisa in plures naturas, reddit indissimam hoc ipso quod humanitatem Petri, Pauli & aliorum unico conceptu formaliter apprehendit, vel definit vna definitione propter similitudinem, quam in illis præsupponit, tanquam fundamentum. Quamvis diuisa à parte rei sint naturæ humanæ, tamen beneficio intellectus accipiunt individuationem, quatenus sunt vna conceptus obiectivus terminans vnum conceptum formalem, ex quo

Ratio sic formatur. Quidquid à parte rei multiplex est, & terminat unicū conceptum formalem intellectus propter similitudinem, incipit esse vnum per intellectum: sed natura humana, qua à parte rei est multiplex in individuis, terminat vnum conceptum formalem intellectus propter similitudinem, quam habent inter se individua; qua similitudo fundamentum est illius conceptus formalis vnius: ergo per intellectum incipit esse vna, quando concipiatur per vnum conceptum formalem intellectus.

Fit communicabilis pluribus.

Secundò, quod natura fiat etiam apta communicari pluribus per operationem intellectus, probatur, quia proprii effectus differentiæ individualis est ita determinare naturam, ut illi repugneret multiplicatio: ergo sublata differentia individuali per intellectum, tolletur tota repugnantia ad multiplicationem: si ergo à parte rei existeret aliqua natura sine vila huiusmodi differentia individuali, sine dubio illa esset apta inesse pluribus: sed per intellectum natura concipiatur sine differentiis individualibus: ergo per operationem intellectus natura fit apta inesse pluribus, saltem in sensu diuiso, idest desinens esse vna.

Solutio pri
me dubi
tat.

Ad primam respondendo distinguendo maiorem: omnis potentia supponit suum obiectum fundamentaliter saltem, concedo; supponit formaliter, nego. Ante operationem ergo intellectus vniuersale in rebus existit fundamentaliter, non existit formaliter. Deinde verum est, quod omnis existentia realis est singularitas; existentia vero so-

A lùm obiectua non est singularitas, quia licet terminet actionem singularem, ut est terminus intrinsecus, non terminat tamen actionem singularem ut terminus extrinsecus. Denique conceptus formalis habet unitatem à conceptu obiectivo habente unitatem fundamentalē, id est talem conuenientiam, & similitudinem, ut propter eam possit fundare vnum conceptum formale, non habet unitatem à conceptu obiectivo habente unitatem formale.

Ad secundam concedo, naturam humanam conceptum per plures conceptus formales habere certa, plures vniuersalitates, sed nego illam esse plura vniuersalia; sicut partes, qui à multis oculis per plures visiones videtur, non est multiplex partes visus: aer qui haberet plura lumina non esset multiplex lucidum. Ratio est, quia concreta ista non multiplicantur ad multiplicationem formarum, à quibus desumitur denominatio, sed ad multiplicationem subiectorum: ille v. g. qui plures habet Episcopatus, non esset plures Episcopos, quoniam plures esset Episcopas. Debent ergo multiplicari subiecta ut multiplicetur concretum. Natura est quasi subiectum unitatis vniuersalis, eo modo quo partes est subiectum visionis; non quidem subiectum in hæsionis, sed denominationis: unde licet natura plures habeat vniuersalitates, non est tamen plura vniuersalia.

Ad tertiam respondeo naturas illas eodem modo se habere intrinsecè & in se ipsis, quando uno conceptu concipiuntur, quo se habebant ante; sed non eodem modo se habent extrinsecè ad denominatiæ; nam quoniam illæ non accipiunt intrinsecam villam unitatem, neque mutantur in se ipsis, quatenus existunt realiter, quando uno conceptu concipiuntur, mutantur tamen extrinsecè, ac obiectuè, accipiuntque à cognitione denominationem quam non habebant prius.

Ad tertiam respondeo posse duobus modis apprehendi res ut sunt. Primo apprehendendo omnina attributa, qua sunt in illis; si apprehendatur v. g. Petrus ut est homo, & ut est talis homo. Secundo ita ut apprehendatur secundum aliquod attributum, quod verè illis conueniat. Maior argumenti, si primo modo intelligatur, falsum est intellectum errare quoties non intelligit res ut sunt, apprehendo in illis totum id quod habent; quoniam enim non apprehendam in Petro hanc humanitatem, sed solum humanitatem, non propteræ ero, iuxta vulgatum illud axiomæ, quod Abstrahentium non est mendacium; sed concipio rem inadæquatè: sicut visus non erat videndo pomum ut coloratum, non videndo ut odoriferum. Si autem posteriori modo intelligatur hæc maior, concedi debet, quia intellectus in Petro & Ioanne potest apprehendere solum attributum hominis, non attingendo attributum individualitatis, ratione cuius Petrus & Paulus sunt plures. Tunc ergo intellectus non apprehendat naturam humanam ut plures, licet sit à parte rei multiplex, quoniam etiam tunc non apprehendat naturam humanam ut vnam reduplicatam; tamen hoc ipso quod eam non apprehendit ut multiplicem, natura illa quatenus concepta unico conceptu, sortitur unitatem obiectivam per denominationem extrinsecam, ut modò clarius exponetur.

Quæst. III. Sect. IV. de Vniuersali. 655

§. II.

*Vtrum operatio intellectus, quā fit vniuersale,
sit abstractio naturae à singularibus.*

Abstractio
quid sit.

Abstrahere, ut sāpe dixi, est cogitare vnum non cogitato alio, quod est realiter illi coniunctum, & cum eo identificatum: v.g. si cogitem naturam humanam, qua realiter non est separata ab hæcitate Pauli, Ioannis, Iacobi, non cogitando illas hæcitates formaliter, dicit abstrahere. Quærit ergo vtrum operatio illa intellectus, quā natura fit indiuisa, & tamen communicabilis, sit actio illa, quā intellectus cognoscit naturam, non intellectu vllā singularitate, cum qua tamen realiter vnum est.

Prima dubit. Ratio verò dubitandi multiplex omnino & difficilis est; prīmō enim argumentor. Natura abstracta à Petro semper est natura illa, qua realiter est in Petro, alioqui non posset prædicari de Petro: sed natura, qua est in Petro, est singularis, neque potest esse in multis, aut de illis prædicari: ergo natura abstracta non est vniuersalis, sed est verè singularis. Deinde natura abstracta est realiter natura omnium hominum; potest enim de omnibus hominibus prædicari: sed quod est realiter natura hominum, non potest prædicari de Petro, nisi velis Petrum esse omnes homines: ergo natura abstracta non potest prædicari de Petro, neque de Paulo, sive non est vniuersalis. Denique id quod potest attribui Petro, est natura solius Petri: natura abstracta per se potest attribui Petro: ergo est natura solius Petri. Probatur maior. Id quod est realiter natura Pauli, non potest realiter attribui Petro: ergo id quod potest attribui Petro, est natura solius Petri. Confirmatur. Illud solū potest attribui Petro, quod est in Petro: natura solius Petri est in Petro: ergo natura solius Petri potest attribui Petro: ergo id quod potest prædicari de Petro, est natura solius Petri.

Secunda dubit. Secundò, si natura humana abstracta est vna, & potest prædicari de Petro, Paulo, Iacobo, sequitur quod vna & eadem natura potest prædicari de Petro, Paulo, Iacobo: consequens absurdum est, si enim vna & eadem natura potest de illis prædicari, sequitur quod in illis vna est & eadem natura, sive Petrus, Paulus, & Iacobus sunt unus homo. Deinde natura abstracta à Petro semper manet simili natura Pauli: ergo semper manet multiplex. Denique si id quod potentia est natura Petri, est etiam potentia natura Pauli, sequitur quod Petrus & Paulus sunt potentia unus homo.

Tertia dubit. Tertiò implicat idem realiter intrinsecè prædicari de Petro & Paulo, & tamen Petrum & Paulum non conuenire realiter identice in illo: ergo si omnino eadem natura prædicatur de Petro & Paulo, sequitur quod eadem res identificatur cum Petro & Paulo, sive illi identificantur inter se: ergo non totum quod corresponebat in illa natura abstracta potest prædicari de Petro, & Paulo simul.

**Necessitas
abstractionis.** Dico secundò operationem illam intellectus, per quam fit vniuersale, necessariò esse abstractionem naturae ab omnibus singularibus; id est, eam operationem, quā cogitat natura, non cogitatis vllis singularibus indiuisus. Cogitas v.g. naturam humanam, animal rationale, non cogitando Petrum, Paulum, &c. hoc est naturam esse vniuersalem. Ita omnino consent illi omnes, qui volunt vniuersale fieri per intellectum.

A Ratio est, quia vt natura fiat vniuersalis, vna Probatio videlicet & apta inesse pluribus, debet exi su singularitate; si enim manet singularis, non est vniuersalis: sed natura non potest exi sua singularitate, nisi per operationem intellectus, quā cogitet sine singularitate, id est per abstractionem: ergo vt fiat vniuersale, debet fieri abstractione naturae à singularibus. Deinde natura tunc fit vniuersalis, quando fit vna & communicabilis pluribus: sed natura fit vna & communicabilis pluribus per abstractionem à singularibus, quia per eam exiit sua pluralitate, & sua incommunicabilitate; sola enim singularitas naturam multiplicat, & reddit incommunicabilem: ergo per abstractionem natura fit vniuersalis.

B Ad primam respondeo concedendo nunc illam maiorem, de qua tamen postea video: natura abstracta à Petro est semper realiter illa eadem natura, qua realiter est in Petro; fateor enim nunc esse illam, saltem inadæquatè. Distinguo autem illam minorem: natura qua realiter est in Petro, est singularis, adæquatè spectata, prot est in Petro, concedo; spectata inadæquatè, prot abstracta est à Petro, nego: quando enim abstracta est à Petro, non est amplius singularis, nec solius Petri propria; sed est communis omnibus.

C Deinde distinguitur illa major: natura omnium hominum non potest attribui Petro, manens natura omnium hominum, seu in sensu composito, concedo; desinens esse natura omnium hominum, seu in sensu diuiso, nego. Naturae enim quandiu est abstracta, est natura omnium hominum; sed cùm Petro attribuitur, definit esse natura omnium hominum, sed fit propria Petri. Destruitur enim vniuersale per actualē prædicacionem, vt docebo sequenti.

Denique negatur altera illa maior: Illud quod potest attribui Petro, est natura solius Petri. Ad probationem distinguo eodem modo ac supra, id quod est realiter natura Petri vel Ioannis in sensu composito, id est manens natura Petri vel Ioannis, non potest attribui Paulo, concedo; non potest in sensu diuiso, id est desinens esse natura Petri vel Ioannis, nego. Ad confirmationem conceditur totum illud argumentum: illud solū potest attribui Petro, quod est in Petro, &c. sed distinguo illam ultimam consequentiam: ergo illud quod est in Petro, est natura solius Petri in sensu composito, quando de illo prædicatur, concedo; in sensu indiuiso, seu quando natura est abstracta, & nondum prædicatur, nego. Naturae verè abstracta non actu prædicatur, sed potest prædicari, & in eo statu est natura Petri & Ioannis, atque adeò vniuersalis.

Ad secundam semper eadem recurrit distinctio. Si natura abstracta est vna, & potest prædicari de Petro, Paulo, Iacobo, in sensu composito, seu manens vna, sequitur quod vna natura potest de illis prædicari, concedo: si potest in sensu diuiso, seu desinens esse vna, & incipiens esse multiplex, nego: natura quandiu est abstracta, est vna, & tribui potest omnibus indiuisus; sed statim ac tribuitur, definit esse abstracta, & fit multiplex.

Deinde nego naturam abstractam à Petro manere semper uniuersam natura Pauli; natura enim abstracta à Petro non est in statu abstractionis, natura est ipsius etiam Pauli, & omnium hominum. Neque dicas: ergo Petrus & Paulus habent naturam, & sunt unus homo; hoc enim distinguo: Vnam habent naturam in statu abstractionis, concedo; in statu contraria

Solutio pri-
ma dubit.

Natura om-
nium homi-
num non
potest attri-
bui Petro.

Solutio se-
cunda du-
bitat.

656 Philosophiæ Peripat.Lib.IV.Disp.III.

Aionis, nego. Vnde non sequitur, quod sint vnuſ homo; natura enim in illis non reperitur in statu abstractionis, sed in statu contractionis. Dices iterum: Implicat ut aliquid simul sit natura Petri, & Ioannis. Iterum distinguo: implicat ut aliquid in statu abstractionis simul sit natura Petri & Ioannis, nego; implicat ut aliquid in statu contractionis simul sit natura Petri & Ioannis, concedo. Si vrgeas rursus: Id quod est natura Petri, non est natura Pauli, distinguo pariter; id quod est natura Petri sumptum in statu contractionis, non non est natura Pauli, concedo; sumptum in statu abstractionis mentalis, nego. Ratio est, quia id quod in statu abstractionis mentalis est natura Petri, non est nisi potentia natura Petri, non autem actu; quia scilicet est indifferens ut tribuat Petro & Paulo.

Eadem natura non est actu natura Petri & Pauli.

Solutio tertii dubitatis.

Denique distinguo hanc consequentiam: si id quod est potentia natura Petri, esset potentia natura Pauli, Petrus & Paulus essent vnuſ homo; si id quod est potentia natura Petri, esset potentia natura Pauli in sensu composito, seu manens natura Petri, Petrus & Paulus essent vnuſ homo, concedo; si in sensu diuīsi, idest non manens, sed desinens esse natura Petri, nego. Quā distinctione tota hæc doctrina de se obscurissima explicatur satis clare.

Ad tertiam piget idem saepius repetere; implicat enim ut vnum & idem manens vnum & idem intrinsecè prædicetur de Petro & Paulo; sed prædicari potest desinens esse vnum & idem.

§. III.

Qualis sit abstractio illa, quā fit vniuersale; verum videlicet sit formalis, an obiectiva.

Verūm posito quod abstractio sit operatio, per quam natura fit vna & communis pluribus, grauem mouent controuersiam noui Nominales, & contendunt eam abstractionem esse nullo modo posse obiectivam; omnes enim huiusmodi præcisiones execrantur, vt ostendebam initio secundæ dubitationis, ex qua sanè constat, totam eorum doctrinam vanam omnino esse, versarique in sola nominum æquiuocatione; quam si discusseris, evanesceret illico quidquid ipsi vanityferunt, vt constare facile potest ex ibi disputatis, & ex dictis in tractatu de Deo. Nunc ergo iis omisssis, quæ ibi artuli, ea solū attingo, quæ ad vniuersale spectare possunt, per quod potissimum illi contendunt damnari præcisiones obiectivas.

Ratio ergo dubitandi sit primò, quia præcisio, per quam fit vniuersale, non est obiectiva, sed formalis tantum, si actus intellectus, per quem homo constituitur actu indiuisus, attingat immediatè Petrum & Paulum; sed actus ille, per quem homo constituitur indiuisus, attingit immediate Petrum & Paulum: ergo ille actus est præcisio formalis, non obiectiva. Minorem probat Hertadius multipliciter. Primo sic. Per actum vniuersalem necessariè deberat attingi fundamentum vniuersalitatis: illud fundamentum sunt Petrus & Paulus, quatenus sunt similes: ergo per actum vniuersalem attinguntur Petrus & Paulus, propterea sunt similes. Secundo probat: Divisio & indiuisio rei versatur immediate circa rem eandem; sed divisio hominis versatur immediate circa Petrum & Paulum: ergo indiuisio, siue vnitas vniuersalis versatur immediate circa Petrum & Paulum. Tertiò probat: Omne indiuisum diuisibile

A nihil est præter partes, & earum indiusionem; totum enim indiuisum nihil est præter partes, & earum indiusionem: sed vniuersale est totum aliud quod diuisibile: ergo vniuersale nihil est præter partes, & earum vniōnem. Illæ partes sunt immediate Petrus & Paulus: ergo vniuersale nihil est præter Petrum & Paulum. Quartò probat: Quoties homo diuiditur in Petrum & Paulum, eo fit præcisè quod Petrus & Paulus clare cognoscuntur: ergo quando manent indiuisi, eo præcisè manent, quia immediatè attinguntur per actum confusum; actus enim clarus & confusus tribuant suis obiectis immediatis oppositas denominations. Quintò denique probat: Sicut actus definit, cum v.g. dicitur *homo*, attingit immediatè, sed confusè partes definitionis, animal v.g. & rationale, quas eadē attingit immediatè & clare ipsa definitia; similiter actus diuisi attingit confusè & immediatè partes diusionis, quas eadē attingit diuisio.

Secundò, omne quod est verè ac immediatè prædicabile de Petro & Paulo, est verè ac immediatè Petrus & Paulus, cum quibus nihil esse potest idem præter ipsos: sed immediatum obiectum actus vniuersalis, v.g. *homo*, est immediatè prædicabile de Petro & Paulo: ergo immediatum obiectum actus vniuersalis est Petrus & Paulus. Deinde obiectum actus vniuersalis non est adequate prædicabile de solo Petro: neque adequate de solo Paulo: ergo obiectum illud adequate ac immediatum constat pluribus partibus; quarum una de Petro prædicatur, altera de Paulo: ergo immediatum obiectum actus vniuersalis est Petrus & Paulus. Probo antecedens: nihil esse potest idem realiter cum Petro, quod sit realiter idem cum Paulo: ergo nihil prædicari potest realiter de Petro, quod sit realiter & adequate prædicari possit de Paulo. Similiter illa, quæ identificantur cum tertio, identificantur inter se: homo & brutum identificantur cum ratione animalis, quæ de illis potest prædicari: ergo identificantur inter se. Denique quod constitutus ex multis realiter diversis, non potest identificari cum quolibet eorum: vniuersale constitutus ex multis diversis: ergo non potest identificari cum quolibet eorum.

Tertiò illud quod non est tale nisi per denominationem à cognitione, non responderet cognitioni ex parte solius obiecti specificatiū sumptū, sed tantum ex parte obiecti sumptū reduplicatiū: atqui totum quod responderet actui, quo sit vniuersale, est vnum per denominationem à cognitione intellectus: ergo nulla ratio vna responderet illi cognitioni ex parte solius obiecti specificatiū sumptū; sed sola singulare confusa cognita prout sunt similia. Probatur maior. Illud quod ex parte solius obiecti responderet cognitioni, non includit cognitionem, neque ab illa dependet: sed quod est tale per cognitionem, includit cognitionem, & ab illa dependet: ergo illud quod est tale per cognitionem, non responderet cognitioni ex parte solius obiecti. Confirmatur primo. Quando homo est cognitus, illud quod ex parte obiecti responderet cognitioni est solus homo, non autem homo reduplicatiū vt cognitus, alioquin cognitioni correspondere sibi ipso: ergo id quod ex parte obiecti responderet cognitioni, non est tale per cognitionem. Confirmatur secundò. Unitas vniuersalis, quæ penderet à cognitione intellectus, non penderet ab ea tanquam à causa efficiente, quia cognitionis nihil efficit in obiecto cognito; sed

Quæst. III. Sect. IV. de Vniuersali.

657

pendet à cognitione tanquam à causa formalis: ergo illa vnitatis non se tenet formaliter ex parte obiecti, sed est vnitatis tantum cognitionis, non autem vnitatis alicuius obiecti. Probo consequentiam. Cognitio non se tenet ex parte obiecti: sed ratio formalis illius vnitatis est cognitio: ergo ratio formalis illius vnitatis, sive illa vnitatis, non se tenet ex parte obiecti.

Quarta dif-

ficultas.

Quarò in vniuersali sunt duo, materiale & formale: vt vniuersale dicatur vnum aptum prædicari de pluribus, oportet vt prædicetur de illis pluribus tum secundum materiale, tum secundum formale: consequens absurdum est, quia sic natura & cognitio prædicarentur de Petro: ergo id quod est vniuersale, non se tenet ex parte solius obiecti. Similiter si vniuersal, vt est genus, habet sub se inferiora, necesse est vt ratio generis vniuersalis conueniat inferioribus, sive illa sint vniuersalia; quia ratio superior debet conuenire inferioribus, de quibus prædicatur, & sic procelsus erit infinitus; quia sub illis erunt inferiora vniuersalia, & iterum sub aliis in infinitum.

Dico tertio, operationem illam, quā natura fit vna & apta inesse pluribus, esse abstractionem obiectuum, per quam cognoscitur vna ratio communis pluribus, non cognitio formaliter singulatibus: non est autem abstractio formalis, per quam cognoscantur formaliter confusè omnia singulata. Hæc est receptissima omnium, tutt antiquiorum, tum recentiorum sententia, præter veteres Nominales, & paucos alios, qui hoc aeuo doctrinam eorum inuehere voluerunt in scholas: merito autem Suarez, vt alias monui, lib. 8. de Trinit. damnat eos.

Quid autem intelligant illi nomine præcisionis formalis, aut obiectiva, non repero, quia satis dixisse videor initio disputationis secunda.

Prima pro-

batio.

Rationes eadem illæ sunt primò quibus probabam eo loco, quod intellectus habet vim cogitandi vnam formalitatem alicuius obiecti, non cogitata formaliter, sed identicē tantum alia formalitate obiecti eiusdem, licet realiter omnino identificata: dico enim v. g. quod homo est similis bruto, quatenus est sensitius; & dissimilis, quatenus est intellectius; cum enim sit huiusmodi propositio, cogitatus sensituum hominis, non cogitato formaliter intellectio: & cum cogitatur intellectuum, non cogitatur formaliter sensituum, alioquin homo esset bruto similis, prot est intellectius; & esset dissimilis, quatenus est sensitius. Vide alia, quæ ibi attuli, ex quibus argumentor.

Si potest intellectus cogitare naturam Petri non cogitata formaliter eius singularitatem, actio intellectus, quā sit natura vniuersalis, non est præcisio solū formalis, qua cogitentur formaliter & immediatè singulata in seipso, sed est præcisio obiectiva, quā cogitetur vna formalitas, non cogitata formaliter altera ipsi identificata: sed intellectus, vt probauit, habet eam vim distinguendi per rationem res identificatas realiter: ergo actio intellectus quā sit vniuersale, non est præcisio formalis, sed obiectiva.

Secunda pro-

batio.

Secundò probatur iisdem rationibus, quibus sect. 2. huius questionis demonstrabam dari vniuersalia in essendo, id est naturas verè vniuersales; non autem vniuersalia solū in significando, id est non solas voces, quæ significant plura. Si autem cognitioni facienti vniuersale nulla responderet ratio vna obiectivæ, nulla daretur natura vna, & apta esse in pluribus, id est nullum vniuersale in

A effendo: ergo cognitioni facienti vniuersale respondere debet ratio aliqua vna, non autem sola singulata. Probatur minor, quia in vniuersali nihil repertiri potest præter cognitionem & obiectum cognitionis: cognitionis non est vniuersalis, obiectum cognitionis non est vnum aptum inesse pluribus: sed sola singulata cognoscuntur: ergo nullum datur vniuersale in essendo.

Tertia probatio sit facilis & clara responsio ad Tertia pro- rationes quas multiplicant aduersarij, vt præci- batio.

conantes istas obiectivas sepeliant, sed irrito semper conatu, vt patet ex alijs dictis, & patet clarius ex dicendis.

Ad secundam enim, cuius tota vis in eo est, Solutio pri- me dubit.

Quomodo attingantur singulata.

B quod actus intellectus, quo sit vniuersale, debeat immediatè attingere singulata; respondeo singula- raria posse immediatè attingi, vel vt sunt singula- ria, id est secundum hæcceitates; vel secundum rationem naturæ obiectivæ vnam. Actus ille in-

tellec- tus, per quem homo constituitur individuus, non attingit immediatè individua secundum hæc- ceitates, sed secundum solam rationem naturæ,

qua à parte rei est multiplex: sed vna est obiec- tivæ, id est ille actus est abstractio verè obiectiva, non formalis tantum. Eademque distinctio sufficit ad soluandas quinque probationes illius maioris,

vnde piger eam roties reperere: v. g. illud per actum vniuersalem constituitur individuum secun- dum hæcceitates, quod est à parte rei diuisum,

nego; constituitur individuum secundum naturam vnam, concedo. Similiter attingitur fundamen- tum vniuersalitatis secundum rationem naturæ, non secundum hæcceitates. Diuisio & individuo

rei versantur circa idem sub eadem formalitate, nego; sub diversa formalitate, concedo. Nam in-

divisio circa solam versatur naturam, diuisio circa naturam & hæcceitates. Omne individuum diuisibile nihil est præter partes adæquatè sumptas secundum omnes formalitates, nego; præter partes sumptas inadæquatè secundum aliquam formalita- tem, concedo; ideo vniuersale nihil est præter individua sumpta secundum rationem naturæ.

Quando dicitur, quod totum diuisum continet illud totum quod dicunt membra diuidentia, verum est de toto actuall, & physico, quod est ante operationem intellectus; non est verum de toto potentiali, quod est duntaxat per intellectum; nam ille vim haber præscindendi: vniuersale hu- iusmodi rotum est, non continens formaliter to- tum quod habent partes. Reliqua non persequiror in quibus eadem solutio danda est.

C Ad secundam recurrit etiam eadem distinctio: quod est verè ac immediatè prædicabile de Petro secundus,

& Paulo, est necessariò Petrus & Paulus realiter & à parte rei, concedo; formaliter & per intellec- tum, nego. Fator natuam communem, que

E terminat actum vniuersalem, est à parte rei Pe- trum & Paulum; sed formaliter tamen, quatenus cognita, non est Petrus & Paulus secundum hæc- ceitates. Idem erit si dicas, omne quod est verè prædicabile de Petro & Paulo, est Petrus & Paulus secundum natuam communem, non autem se-

cundum hæcceitates. Deinde distingo illud antecedens. Obiectum actus vniuersalis non est adæ- quatè prædicabile de solo Petro, neque de solo

Paulo, manens obiectum actus vniuersalis, & prædicabile de Paulo, sive, vt sæpe dixi, in sensu composito, concedo; desinens esse obiectum actus vniuersalis, & prædicabile de Paulo, sive in sensu diuiso, nego. Denique quod constituitur ex multis

realiter diuisis, non potest identificari realiter

euna

658 Philosoph. Peripat. Lib. IV. Disp. III.

Solutio
tertiae.

cum quolibet eorum, manens constitutum ex multis realiter diversis; sed potest identificari desinens esse constitutum ex multis realiter diversis: huiusmodi esse vniuersale sapientius dictum est.

Ad tertiam ut respondeatur, tollenda est magna aquinoatio. Aduerto enim, eos qui dicunt heri vniuersale per precisionem obiectuum, non dicere quod illi cognitione respondeat aliquid ex parte obiecti, quod in se à parte rei sit unum; nam quidquid respondet illi cognitioni, est in se à parte rei multiplex, & singulare, specificatiè sumptum. Dicunt igitur, quod illi cognitioni respondet aliquid, quod reduplicatiè sumptum, sive prout est obiectum, sit unum per denominationem extrinsecam à cognitione intellectus; & illud formaliter non sunt haecceitates Petri & Pauli; sed ipsa ratio naturae, quæ in se multiplex est; & dum ita cognoscitur, vna est extrinsecè, non autem intrinsecè. Vnde ad argumentum.

Respondo ad illam maiorem: illud quod non est tale nisi per denominationem à cognitione, non respondet cognitioni ex parte solius obiecti specificatiè sumptu, prout est res, concedo; ex parte solius obiecti prout est obiectum reduplicatiè, nego. Vnde nulla ratio in se, à parte rei vna responder cognitioni, quæ sit vniuersale; sed responder ex parte obiecti ratio, quæ vna est per denominationem ab operatione intellectus. Similiter quidquid responder ex parte solius obiecti ut res est specificatiè, non includit cognitionem; quod autem responder cognitioni ex parte obiecti ut obiectum est reduplicatiè, includit cognitionem connotando illam extrinsecè; sicut homo cognitus, quatenus est in se, non includit cognitionem, sed reduplicatiè ut cognitus reuerat illam includit, ut patet; debet enim connotare cognitionem. Ex quo patet solutio primæ confirmationis. Ad secundam autem concedo vnitatem vniuersalis pendere à cognitione tanquam à causa formalis extrinsecè denominante; sic enim illa vnitatis se tenet ex parte cognitionis ut formæ denominantis; ex parte autem obiecti, tanquam rei denominata; & est vnitatis cognitionis intrinsecè tanquam forma denominans; vnitatis autem obiecti extrinsecè tanquam rei denominata: semper enim dixi vnitatem vniuersalem esse denominationem extrinsecam à conceptu intellectus.

Ad quartam respondeo vniuersale esse aptum prædicari de multis secundum naturam substratum vniuersalitati, non secundum abstractionem, & formalitatem vniuersalis. Quod aquè valet in genere vniuersalis, sub quo sunt species participantes rationem vniuersalis; genus enim vniuersalis prædicatur de inferioribus secundum substratum rationi communis, & genericè ipsius vniuersalis.

SECTIO IV.

Verum ad vniuersale sufficiat abstractio sola sine vlla notitia comparativa.

Notitia
comparatiua quid sit.

Dixi ad vnitatem vniuersalem requiri abstractionem naturae à singularibus, sed præter eam contendunt plerique Philosophi, cognitionem etiam requiri, per quam eadem comparetur cum inferioribus, à quibus est abstracta, & de quibus pædicari potest. Comparationem appellant actionem intellectus, per quam natura abstracta concipitur habere inferiora, & ad illa referri, cum tamen de facto non referatur, quia relatio realis est inter duo, quæ realiter distinguuntur; natura vero,

A & inferiora eius non distinguuntur, id est ad illa non potest esse nisi relatio rationis, cuius cognitio est propriè notitia illa quam appellamus comparativum.

Controversia igitur est, vtrum huiusmodi comparatio naturae ad inferiora sit prolus necessaria, vtrum sit formaliter vniuersalis.

Ratio vero dubitandi primò est, quia totum esse vniuersalis est cognosci: sed totum esse vniuersalis est esse unum aptum inesse pluribus: ergo totum esse illius est cognosci unum aptum inesse pluribus: sed non potest cognosci unum aptum inesse pluribus, nisi per comparationem: ergo ut fiat vniuersale, necessaria est comparatio.

Secundò illud est essentiale aliqui, per quod illud definitur: sed vniuersale definitur per comparationem cum pluribus: ergo comparatio necessaria est ut fiat vniuersale. Imò quod est respectuum, includit comparationem: vniuersale est aliquid respectuum: ergo vniuersale includit essentiale comparationem. Denique quidquid conuenit naturae per intellectum, debet cognosci ab intellectu: sed per solam abstractionem sine comparatione non cognoscitur vnitatis & aptitudine cognosci non possunt in pluribus: ergo per solam abstractionem sine comparatione non conuenit naturae per intellectum vnitatis & aptitudine essendi in pluribus: ergo per solam abstractionem natura non sit vniuersalis, cum non fiat vna & apta inesse pluribus.

C Tertiò nulla res potest etiam directè cognosci sine suae essentiâ: sed vnitatis & aptitudine cognosci vniuersalis: ergo sine vnitate & aptitudine cognosci non potest vniuersale. Denique illud est distinctum vniuersalis, quod est illius distinctionem: sed sola comparatio, non autem abstractione, distinguit illud vniuersalium; genus enim, species, differentia, proprium, & accidentia non distinguuntur nisi per ordinem ad diuersa inferiora; genus v.g. quod predicabile sit de pluribus specie differentibus species de numero differentibus. Imò risibilitas abstracta potest esse species, si comparetur cum hac numero risibilitate; & erit proprium, si comparetur cum Petro & Paulo: ergo videtur clarum, quod comparatio requiritur ad vniuersalitatem.

D Ioco quartò, comparationem naturae cum inferioribus omnino requiri, ut reflexè cognoscatur vniuersale iam factum, sive ut cognoscatur aliquid esse vniuersale: non requiri autem vlo modo comparationem, sed abstractionem sufficere ut fiat vniuersale.

E Prima pars probatione non egerit, sed explicatio. Potest videlicet duplum cognosci vniuersale: primo directè, secundò reflexè. Cognoscere directè vniuersale est cognoscere id quod est unum aptum inesse pluribus, non cognoscendo tam illud unum aptum inesse pluribus. Cognoscere reflexè vniuersale est cognoscere aliquid esse unum aptum inesse pluribus, seu cognoscere aliquid habere vnitatem & aptitudinem ut sit in pluribus: quod est cognoscere vniuersale quatenus est vniuersale. Non est igitur difficile colligere, quare comparatio requiri ad cognoscendum reflexè vniuersale; quia cognoscere explicitè vnitatem naturae cum aptitudine ut sit in pluribus, est comparare naturam ad inferiora: hoc est cognoscere reflexè vniuersale: ergo non potest cognosci reflexè vniuersale, quin fiat comparatio, quæ non est aliud quām cognoscere naturam cum ordine ad plura.

Secunda pars aduersarios plures habet ex Schola S. Thomæ & Scoti: tenent eam Sotus q. 3, Suarez disp. 6. s. q. 6. Hurtadus, Auera, Arriaga, Tolentus, Conimbricenses.

Ratio

Prima ratio. Ratio autem primò est, quia tunc natura sit vniuersalis, quando sit vna & apta inesse pluribus: per solam abstractionem, seclusa comparatione, natura sit vna & apta inesse pluribus; quod probatur. Illa natura est vna & apta inesse multis, quæ se haberet eodem modo obiectiū, ac se haberet realiter vniuersale illud Platonicum si existeret, natura videlicet existens à singularibus aulaſa; & tamen vna & apta inesse in illis singularibus, ac illa omnia veluti ſigillare: natura abſtracta obiectiū ſe haberet eodem modo, quo ſe haberet vniuersale illud Platonicum ſi existeret: ergo natura abſtracta eſt verè vna & apta inesse multis. Probatur minor, nam maior nullā eger probatione. Sicut idea illa eſſet realiter à singularibus aulaſa, ſed apta tamen ut exiſteret in illis; ita hæc natura per intellectum aulaſa eſſet à singularibus, & proximè apta ut illis per intellectum attribueretur: ergo illa natura ſic abſtracta per intellectum eodem modo ſe haberet obiectiū, quo ſe haberet realiter vniuersale Platonicum, ſi realiter exiſteret.

Eiusmodi præcluditur. Respondere potest, ideam illam Platonicam, ſi realiter exiſteret, habituram existentiam absolutam, cuius totum eſſe non eſſet cognosci: naturam verò abſtractam à singularibus per intellectum, neceſſariò dicere respectum ad multa, quia totum eſſe illius eſſe eſſet vnam aptam inesse pluribus.

Sed contrà, manet enim ſemper primum argumentum. Illa natura per intellectum eſt vna & apta inesse multis, quæ ſe haberet eodem modo obiectiū, quo ſe haberet idea illa Platonica, ſi realiter exiſteret; quomodo enim illa natura non eſſet eodem modo vna & apta per intellectum, que habet per intellectum omnia illa eadem, quæ haberet realiter, ſi exiſteret à parte rei. Illa natura per abstractionem huiusmodi eſſet; que duæ p̄misiæ videtur negari nullo modo, poſſe: ergo ſequitur ex illis certa conſclusio, quod natura per abstractionem ſiat vniuersalis. Quid autem idea Platonica, ſi eſſet à parte rei, eſſet etiam rēſpectiua, paret; quia illa idea eſſet apta inesse pluribus singularibus: ergo haberet rēſpectum ad illa eque à natura, que abſtracti eſſet per intellectum. Cū verò additur totum eſſe vniuersalis per intellectum eſſe cognosci, concludit, naturam non poſſe fieri vniuersalem, niſi abſtractio interueniat, per quam cognoscatur natura ſine singularibus; ſed non responder argumento, quod neceſſariò concludit naturam abſtractam eſſe reuerā vniuersalem.

Secundò illa natura eſt actu & poſitiū vniuersalis, que actu & poſitiū vna eſt apta inesse multis; natura per abstractionem ſine comparatione huiusmodi eſſet; quod probatur. Prīmò quidem de vnitate poſitiua; dicunt enim aduersarij, naturam abſtractam eſſet vnam negatiū. Illud eſt poſitiū vnum, de quo affirmati poſteſt indiuiſio, & negari diuiſio in plura; nam eſſe vnum negatiū, eſt ne poſſe dici diuiſum, nec indiuiſum; ſed de natura abſtracta poſteſt affirmati indiuiſio, & negari diuiſio in plura: ergo natura abſtracta eſt poſitiū vna. Probatur minor, De illo poſteſt affirmati indiuiſio, & negari diuiſio in plura, de quo poſſunt negari cauſe multitudinis, nimis hæc cœtares: ſed de natura abſtracta ab hæc cœtaribus negari poſſunt hæc cœtares: ergo de natura abſtracta affirmati poſteſt indiuiſio & diuiſio negari. Deinde tunc conceptus obiectiū eſt vnuſ poſitiū per denominationem extrinſecam, quando terminat vnuſ conceptum formalem; ſed natura abſtracta terminat actu conceptum formalem vnuſ; ergo eſt vna extrinſec, & denominatiū. Iam verò, quod natura

A abſtracta poſitiū ſit apta inesse pluribus, probo. Illud eſt poſitiū aptum ut ſit in pluribus, quod abſque alio ſuperaddito poſteſt poſitiū affirmari de pluribus: natura abſtracta poſitiū affirmari poſteſt de pluribus: ergo eſt poſitiū apta ut ſit in pluribus.

Tertiò probo vniuersale deſtrui per omnem Tertia ratio. comparationem, atque adeò non fieri per illam. Per illud deſtruitur vniuersalitas, per quod deſtruitur abſtractio natura à singularibus: per comparatio- nē deſtruitur abſtractio, ut patet, quia illud deſtruit abſtractionem ab individuis, quod concipit natu- ram in individuis: comparatio quælibet concipit naturam in individuis; non enim concipi poſſunt etiam per primam apprehensionem individua, propter inferiora talis naturæ, niſi concipiatur natura in individuis: ergo comparatio deſtruit abſtractionem. Imò manifestum videtur, quod deſtruit vni- tam, atque adeò vniuersalitatem, quia multiplici- citas deſtruit vnitatem; ſed non poſſunt concipi plura inferiora ſine multiplicitate: ergo per com- parationem deſtruit vnitatis.

Ad primam respondeo illo argumen- & aliis Solutio pri- omibus probari tantum comparationem naturæ me dubit.

ad inferiora eſſe neceſſariam, ut cognoscatur reflexè naturam eſſe vniuersalem; non probari, quod non sufficiat abſtractio, ut ſiat vniuersalis. Ad argumen- tum ergo diſtinguitur maior: eſſe vniuersalis eſt cognosci directe ac specificatiū id quod eſt vnum aptum inesse multis, concedo; cognosci reflexe ac specificatiū illud eſſe vnum aptum inesse multis, nego. Poſteſt autem ſine comparatione cognosci directe vnum aptum inesse multis; non poſteſt cognosci reflexe, ac reduplicatiū propter eſt vnum aptum inesse multis.

Ad secundam respondeo quædam essentialia eſſe Solutio fe- poſte rebus ut ſint, quædam verò essentialia ut à cunctis du- nobis intelligenti, & explicitentur. Comparatio cum bitat,

pluribus non eſt essentialis vniuersali ut ſit vni-

uersale, ſed tantum ut à nobis explicetur & intelligatur eſſe vniuersale. Diſtinguitur ergo maior. Ni- hil fieri poſteſt ſine eo quod eſt ipſi essentialē ut exiſtat, concedo; ſine eo quod eſt ipſi essentialē ut explicetur à nobis iam factum, nego. Comparatio autem non eſt essentialis vniuersali ut exiſtat, ſed

tantum ut explicetur iam factum. Illud, ſine quo vniuersale definiti non poſteſt, eſt essentialē illi ut cognoscatur & explicitetur iam factum; non eſt

essentialē illi ut exiſtat. Sunt enim aliqua entia re- lativa ſecundum dici, que non poſſunt definiri, &

explicari ſine ordine ad aliud, & tamen ſunt omni- nō abſoluta. Vniuersalitas eo modo eſt rēſpectiua,

neque poſteſt explicari niſi per comparationem ad inferiora; ſine qua tamen comparatione poſteſt exiſtere, & cognosci directe, non autem reflexe. Deinde

maior illa manifeſtē falsa eſt. Quidquid conuenit natura per intellectum, debet cognosci ab intel- lectu. Nam eſſe cognitum, conuenit pateti per intel- lectum, id eſt per denominationem extrinſecam ab intellectu; quod tamen non eſt neceſſe co-

E gnosci ab intellectu.

Ad tertiam respondeo, nunquam vniuersale co-

gnosci directe, quin cognoscatur directe vnitatis &

aptitudi, id eſt quin cognoscatur id quod haberet

vunitatem & aptitudinem; ſed non eſſe tamen ne-

ceſſe ut in actu signato & reflexe cognoscatur vni-

tatis & aptitudi, id eſt ut cognoscatur naturam ha-

berere vunitatem & aptitudinem. Sicut poſsum cognos-

cere hominem, quin cognoscam illum eſſe animal

rationale; quamvis non poſſim illum cognoscere,

niſi cognoscam animal rationale, ſive id quod eſt

Solutio

tertiae du-

bitat.

animal

animal rationale. Deinde nego vniuersalia inuicem animalia per solam comparationem, quamvis explicari propriè nequeat à nobis eorum distinctione comparatione. Indò vniuersalia neque consti-tuuntur, neque distinguuntur per abstractionem, aut per comparationem, sed per diuersam aptitudinem essendi in inferioribus; quæ aptitudo fit quidem per abstractionem, sed non est abstractio vel comparatio.

SECTIO V.

De proprietatibus generalibus vniuersalium.

Explícata existentia & essentia vniuersalium, sequuntur duas proprietates, de quibus est controuersia. Prima est eorum realitas: secunda prædictabilitas. Quomodo autem vniuersale sit obiectum scientiae, fatis videtur dictum in disputatione de scientia. Quomodo sit ingenerabile & incorruptibile secundum naturam substratum vniuersalitatem, constat ex disputatis de conceptu entis.

S. I.

Verum vniuersale sit ens reale.

Materiale vniuersalis, id est natura, quæ denominatur vniuersalis, sine dubio est realis, cùm sit ipsam naturam individuorum; sed difficultas est, vtrum vniuersalitas actualis, quæ non conuenit naturæ nisi per intellectum, sit reale illius accidentis, an verè accidens dumtaxat situm; si enim sit reale accidens, natura vt vniuersalis formaliter erit ens realis; si autem sit accidens situm, natura formaliter vniuersalis erit ens rationis.

Prima dubit.

Ratio verè dubitandi primò est, quia illud est ens rationis, quod haberet tantum esse in intellectu: vniuersale habet tantum esse obiectum in intellectu: ergo vniuersale est ens rationis. Probatur minor. Illud haberet tantum esse obiectum in intellectu, quod non est nisi dum cognoscitur, seu eius totum esse est cognosci, & obiectum intellectu: sed vniuersale non est nisi dum cognoscitur, & totum eius esse est cognosci: ergo vniuersale habet tantum esse obiectum in intellectu.

Secunda.

Secundò vniuersale nec est, nec esse potest à parte rei: ergo est verum ens rationis, & habet tantum esse obiectum in intellectu.

Tertia.

Tertiò tunc sit ens rationis, quando res aliter concipiatur quā sit, & quā sit, affingendo illi aliiquid quod non habet: sed quando natura sit vniuersalis, necessariò concipiatur aliter quā sit, vel sit, affingendo ei aliiquid: ergo sit ens rationis. Probatur minor. Quando sit vniuersale, natura concipiatur vna & apta vt sit in pluribus, cùm tamen à parte rei nec sit, nec sit, affingendo illi aliiquid quod non habet: sed quando natura sit vniuersalis, necessariò concipiatur aliter quā sit, affingendo ei aliiquid. Confirmatur, quia natura nec est, nec sit, sine singularitate: quando sit vniuersale, natura cogitat sine singularitate: ergo natura cogitat aliter quā sit, vel sit, affingendo ei aliiquid.

Conclusio affirmans.

Dico primò, vniuersale formaliter sumptum esse ens omnino reale, neque necessarie modo esse, vt in eo fabricando fiat ens rationis. Aduersantur cum S.Thom. & Caietan. Suarez, Vasquez, & plerique Recentiores.

Probatio.

Ratio tamen est, quia duobus modis potest aliquid esse ens reale alicuius naturæ. Primò ita vt sit intrinsecè in illa: secundò ita vt extrinsecè tan-

tum illam denominet, vt cùm natura dicitur cognita esse, vel abstracta, cognitione accidentis est realis illius naturæ, sed extrinsecum tantum. Similiter duobus modis aliquid esse potest per intellectum: primò per intellectum cogitandum aliquid, quod non est; vt cùm cogitare chimara: secundò per intellectum denominantem extrinsecè; vt hominem esse cognitum est per intellectum, id est pender ab intellectu, non quidem aliquid fingente sed extrinsecè tantum denominante hominem. Vnde

Argumentor. Vniuersale non est ens rationis, sed est verè reale, si operatio quā sit vniuersale, nihil fingat, quod reuerat non sit; sed extrinsecè tantum denominet naturam cognitam, & abstractam: sed operatio quā sit vniuersale, nihil fingit quod non sit à parte rei, sed extrinsecè tantum naturam denominat cognitam & abstractam. Non cogito naturam esse in singularibus à parte rei; sic enim aliquid fingerem; sed tantum cogito naturam non cogitatis singularibus, vbi nulla est fictio. Vnde dixit Philosophus, abituientum non esse mendacium, quia dum concepit vnum alio non concepto, nihil fingitur: ergo vniuersale non est ens rationis, sed ens verè reale.

Ad primam respondeo, negando quod vniuersale habeat tantum esse obiectum in intellectu; meditando quod probo, quia habere esse obiectum in intellectu, est cognosci ab intellectu: sed vniuersale reuerat est, quamvis non cognoscatur ab intellectu; natura enim humana verè abstracta est, etiam si non cognoscatur ab intellectu, quod illa sit abstracta; sicut homo est reuerat cognitus, quamvis nullus cognoscatur illum esse cognitum, licet ille non sit cognitus, si nullus intellectus cognoscatur hominem: eodem enim modo natura est verè vniuersalis, licet nullus intellectus cognoscatur vniuersale, sed tantum cognoscatur naturam, non cognitis singularibus: igitur vniuersale non necessariò habet esse obiectum in intellectu. Vnde ad probationem distinguuntur minor: sed vniuersale non est nisi dum cognoscitur natura sine singularibus, totum esse illius est cognoscere ipsum vniuersale, totum esse illius est cognosci vniuersale, nego. Verum enim est, quod natura cognoscitur dum abstrahitur & fit vniuersalis; falsum est quod necessariò cognoscatur ipsum vniuersale.

Instabis primò, vt aliquod ens rationis habeat tantum esse obiectum in intellectu, non est opus statim vt cognoscatur, quod illud sit ens rationis: ergo vt vniuersale habeat esse obiectum in intellectu, non est opus vt cognoscatur vniuersale.

Respondeo negando consequentiam, quia in vniuersali sunt duo, natura realis & vniuersalitas: vt vniuersale, quatenus vniuersale habeat esse obiectum in intellectu, non sufficit vt cognoscatur natura, sed cognosci etiam debet vniuersalitas, per quam denominatur vniuersale. Igitur, vt aliquid sit ens rationis, requiritur vt id quod denominatur ens rationis, cognoscatur ab intellectu, & in eo habeat tantum esse obiectum. At verè id quod denominatur vniuersale, scilicet natura, non habet tantum esse obiectum in intellectu.

Instabis secundò. Natura quæ denominatur vniuersalis, prout denominatur vniuersalis, habet tantum esse obiectum in intellectu: ergo quatenus denominatur vniuersalis est ens rationis.

Respondeo

Quæst. III. Sect. V. Proprietates vniuersal. 661

Respondeo negando primò antecedens, quia vt A natura, quatenus denominatur vniuersalis, haberet esse obiectivè in intellectu, deberet cognosci quantum est vniuersalis; non cognoscitur autem vt sic. Deinde falsa est etiam consequentia, quia vt aliquid sit ens rationis, non sufficit vt habeat tantum esse obiectivè in intellectu reduplicatiuè vt cognitum, sed specificatiuè sumptum debet habere tantum esse in ipso intellectu. Esto verum sit, quod natura vniuersalis, prout vniuersalis reduplicatiuè, habeat tantum esse obiectivè in intellectu; tamen hoc non sufficit ad ens rationis, alioqui quidquid concipitur, est ens rationis.

Solutio secundæ dabitur.

Ad secundam respondeo vniuersale reuerà esse à parte rei extinsecè & denominatiuè, quamvis non sit intrinsecè in rebus; quia vniuersalitas est solum denominatio extrinsecā ab operatione intellectus; & natura esse vniuersalem nihil aliud est, quam naturam esse abstractam. Cùm ergo dicitur vniuersale non esse nisi per intellectum, distinguui debet; non est nisi per intellectum extrinsecè denominatum, concedo; non est nisi per intellectum cogitatem aliquid quod non est in re, nego.

Solutio tercie.

Ad secundam respondere sepius dictum est, quod non sufficit ad ens rationis concipere rem alter quā sit non cogitando totum quod est in re; sed requiri vt cogitetur aliquid quod non est in re. Distinguunt ergo hæc minor: sed quando fit vniuersale, cogitatur natura alter, quā sit, vel esse posse, non concipiendō totum quod habet natura, concedo; affingendo aliquid naturæ, quod non habeat extrinsecè ac denominatiuè, nego. Naturæ enim illa licet extrinsecè non sit vna & apta inesse pluribus, extrinsecè tamen & denominatiuè vna est, & apta, quia extrinsecè ac denominatiuè abstracta est. Similiter ad confirmationem distinguunt antecedens: natura nec est, nec esse potest extrinsecè in seipso sine singularitate, concedo; non potest esse denominatiuè ac extrinsecè sine singulatitate, nego.

Prima instantia.

Instabis primò: ergo chimæra erit ens realis, quia per denominationem extrinsecam ab intellectu est ens realis eo modo quo natura extrinsecè denominatur vna per intellectum.

Respondeo naturam esse vnam per denominationem tantum extrinsecam, cui nulla fictio est iuncta; chimæram verò realem non esse, quia existit per denominationem extrinsecam, cui iuncta est fictio, cui scilicet iungitur aliquid, quod non est in re. Propteræ realitas extrinsecæ, quæ chimæra tribuitur, ficta est. Vnitas autem extrinsecæ naturæ realis est.

Seconda instantia.

Instabis secundò: id quod est intrinsecè in seipso multiplex, non potest dici vnum nisi per fictionem: sed natura est intrinsecè in seipso multiplex: ergo natura non potest dici vna, nisi per fictionem.

Respondeo distinguendo maiorem: quod est intrinsecè in seipso multiplex, non potest dici vnum intrinsecè nisi per fictionem, concedo: non potest dici extrinsecè vnum, nego: natura vniuersalis non dicitur vna intrinsecè, sed extrinsecè, sicut paries extrinsecè denominatur vñus. Similiter si dixeris, vñitas & aptitudo non habent esse realiter in natura: ergo habent tantum esse obiectivè in intellectu, distinguui debet antecedens: vñitas & aptitudo non habent esse realiter intrinsecè in natura, concedo; non habent esse realiter extrinsecè ac denominatiuè, nego.

R.P. de Rhodes curs. Philosoph.

S. II.

An, & quomodo vniuersale sit prædicabile.

Praedicabilitas vniuersalis est aptitudo naturæ vniuersalis, vt affirmetur de suis inferioribus; quia vniuersale actu prædictati nihil aliud est, quam illud affirmati de inferioribus; prædicari enim de altero est alteri tribui: vnde prædicatum in propositione dicitur illud quod alteri tribuitur; subiectum id cui aliquid tribuitur: ergo esse prædicabile, est posse alteri tribui, seu de altero affirmari. Vel etiam prædicari aliquid de aliquo, est aliquid reddi alteri à quo per mentem fuerat abstractum: nam antequam dicam, *Homo est animal*, necesse est vt animal abstractum ab homine, alioquin esset propositio identica: si ergo animal abstractum ab homine prædicem de homine, animal reddam homini; si autem animal ita maneat abstractum, neque reddatur homini, non erit quidem prædicatum, sed prædicabile.

Circa prædicabilitatem ergo vniuersalis duo possunt controverti: primò, utrum illa reuerà conueniat vniuersali, & utrum sit eius essentia, an verò eius proprietas: secundò utrum actualis prædicatio destruat ipsam vniuersalitatem.

Ratio verò dubitandi primò sit, quia videtur omnino quod vniuersale nunquam est proximè prædicabile; quia vt aliquid sit proximè prædicabile de aliquo, debet actu esse in illo: vniuersale non est actu in inferioribus: ergo non est de illis proximè prædicabile. Imò natura non habet à parte rei aptitudinem vt sit in multis: ergo natura non potest nisi falsò affirmari de multis.

Secundò, si vniuersale est prædicabile, videtur quod debet prædicari secundum vniuersalitatem, sine prout est vniuersale. Illud enim est prædicabile de multis vt sic, quod est aptum inesse multis vt sic: sed aggregatum ex natura & vniuersalitate aptum est inesse multis vt sic: ergo aggregatum ex natura & vniuersalitate vt sic est prædicabile de multis. Imò vniuersale, quæ vniuersale, est prædicabile: ergo prædicabilitas conuenit naturæ ratione vniuersalitatem. Deinde vniuersale prædicatur vt aliquid superius & communius: ergo prædicatur vt vniuersale; non enim est superius, si adæquatatur. Denique si vniuersale non prædicatur secundum vniuersalitatem, haec duæ propositiones idem sonant, *Petrus est homo*, & *Petrus est hic homo*; nam in virtute prædicatum erit singulare.

Tertiò videtur, quod prædicabilitas non est proprietas vniuersalis, sed vera eius essentia: nam aptitudo essendi in multis per intellectum est essentia vniuersalis, non autem eius proprietatis sed aptitudo essendi in multis per intellectum est prædicabilitas: ergo prædicabilitas est essentia vniuersalis, non autem eius proprietatis. Maior evidens est, nam aptitudo essendi in multis non conuenit naturæ realiter & intrinsecè ergo conuenit illi tantum per intellectum.

Quarto sicut præmissæ determinant intellectum ad conclusionem, ita etiam abstractio reddit intellectum potentem ad prædicationem vniuersalis: sed præmissæ reddunt essentialiter intellectum potentem ad assensum conclusionis: ergo abstractio reddit essentialiter intellectum potentem ad prædicationem vniuersalis.

Dico secundò, sorte vniuersale necessariò directè esse prædicabile de multis quoad naturam vniuersalitatem, non quoad ipsa vniuersalitatem.

Prima pars certa est apud omnes, quia quod est aptum, vel quod potest esse in multis, potest uenit vniuersali.

K K k posse

Quid sit
esse præ-
dicabile.

Quadruplex ratio
dubitandi.

posse prædicari; natura vniuersalis potest esse in multis: ergo manifestum est, quod de illis etiam potest prædicari, quia prædicari sequitur esse. Dixi verò prædicari posse directè, quod non conuenit inferioribus ratione superiorum; nam cùm dicatur, *Animal est homo*, prædicatio est directè, ut patet ex Logica. Solum vniuersale prædicatur directè de inferiori, ut *Petrus est homo*.

Secundū solam natūram. Secunda partis sensus est, quod vniuersale non ita est prædicabile de inferioribus, quod ipsa vniuersalitas tribui possit inferioribus; sed quod materiae vniuersalis possit de illis affirmari, natura scilicet ipsa realis, quæ dicitur vniuersalis.

Ratio est, quia illud solum prædicari potest de multis, quod solum esse potest in multis: sed sola natura, non autem vniuersalitas, esse potest in multis: ergo sola natura est prædicabilis, non autem vniuersalitas. Deinde propositiones hæc falsæ sunt, *Petrus est species humana*; *Homo est genus*: ergo vniuersalitas non prædicatur de inferioribus, sed sola natura. Præterea prædicatum & subiectum ita debent adæquari, ut unum non pateat latius quam alterum, quia copula est, significat identitatem subiecti & prædicati: sed si vniuersale est prædicabile de inferioribus secundum vniuersalitatem, prædicatum patet latius quam subiectum; cùm enim dicatur *Petrus est homo*; sensus est, *Petrus est homo vniuersalis, sive omnis homo*.

Dico tertio, prædicabilitatem vniuersalis non esse illius essentiam, sed veram eius proprietatem. Contrarium censent Scotus q. 15. Hattadus, & pauci Recentiores.

Ratio autem est, quia illa non est rei alius essentia, quæ non est primus eius conceptus: sed posse per intellectum affirmari de inferioribus, non est primus conceptus vniuersalis: ergo illa non est eius essentia, sed proprietas. Probatur minor. Prius est vniuersale posse inesse multis realiter, quam posse affirmari per intellectum, quod sit realiter; idèo enim vere potest affirmari, quia est: ergo posse affirmari non est primus conceptus rei. Neque dicas aptitudinem essendi per intellectum esse prædicabilitatem; sic enim virgo. Prius est aliquid per se ipsum realiter posse inesse, quam posse affirmari realiter inesse: natura vniuersalis affirmatur inesse multis realiter, non affirmatur inesse multis per intellectum; quis enim dixit, *Petrus est homo per intellectum*: ergo prius est quod natura possit inesse realiter, quam quod possit intellectus affirmare quod illa insit.

Solutio primæ dubitatur. Ad primam respondeo distinguendo illam maiorem: ut aliquid sit proximè de aliquo prædicabile, debet actu in illo esse, ut sit proximè prædicabile secundum existentiam, concedo; ut sit proximè prædicabile secundum essentiam, nego. Tunc aliquid prædicatur secundum essentiam, quando copula est, significat solam indentitatem prædicati & subiecti, ut si dicam, *Petrus est homo*. Tunc prædicatur secundum existentiam, quando copula est, significat quod actu existit, ut cum dico, *Petrus est albus*. Denique satis dictum est, quod natura vniuersalis, licet intrinsecè non habeat à parte rei aptitudinem essendi in multis, habet tamen illam à parte rei extrinsecè.

Solutio secundæ dubitatur. Ad secundam respondeo aggregatum ex natura & vniuersalitate aptum esse ut sic inesse multis secundum naturam, non autem secundum vniuersalitatem, & eo etiam modo esse prædicabile de multis; idèo prædicabilitas conuenit vniuersali propter vniuersalitatem, quamvis non sit prædicabile secundum vniuersalitatem. Illæ propositiones, *Petrus est homo*, & *Petrus est hic homo*, sunt diuersæ,

A quamvis neutra significet Petrum esse hominem vniuersalem; sed quia quando dicitur, *Petrus est homo*, prædicatum sumitur in significatione confusa; quando dicitur, *est hic homo*, prædicatum sumitur in suppositione determinata, id est significat singularitatem determinatam, quam explicite non significat in altera. Denique distinguo illam propositionem: vniuersale prædicatur ut aliquid superius & communius, ita ut quando prædicatur, maneat superius & communius, nego; quia tunc potius adæquantur; prædicatur ut aliquid quod antequam prædicaretur, factum necessariò est communius & superius, concedo.

Ad tertiam respondeo, posse duobus modis explicari aptitudinem essendi in multis, quæ vniuersa, tertium propriæ est, primò ut sit aptitudo naturæ ut sit in multis per se ipsum: secundò ut sit aptitudo essendi in multis per affirmationem intellectus: neutra conuenit intrinsecè ipsi naturæ à parte rei, sed utraque tamen conuenit illi per denominationem ab intellectu abstractente; nam aptitudo essendi in multis per se ipsum conuenit abstracte, non autem naturæ per se ipsum existenti à parte rei; neque tamen confundi debet cum aptitudine essendi in multis per affirmationem. Vnde ad argumentum sic distinguuntur maior: aptitudo essendi in multis per intellectum est essentia vniuersalis; aptitudo essendi in multis per se ipsum, quæ conuenit naturæ per abstractionem, est essentia vniuersalis, concedo; aptitudo essendi per prædicacionem, quæ conuenit naturæ per abstractionem, est essentia vniuersalis, nego. Aptitudo autem essendi per se ipsum non est prædicabilitas, sed aptitudo essendi per affirmationem.

Ad quartam nego illam maiorem: sicut prædicta misse determinant intellectum ad conclusionem, sic abstractione reddit intellectum potenter ad prædicationem vniuersalis. Ratio dilatitatis est, quia præmissæ respiciunt primariò conclusionem ipsam formaliter; abstractione concomitantem & secundariò respicit prædicationem vniuersalis; primariò autem conuenientiam vniuersalis per se ipsum; ex quo sequitur ut possit conuenire per affirmationem intellectus.

§. III.

Vtrum actualis prædicatio destruat vniuersalitatem.

Dixi vniuersale adiunctam habere prædicabilitatem de suis inferioribus; nunc controvelliatur, vtrum ita sit prædicabile, ut definiri esse vniuersale, quando actu prædicatur de inferioribus, præsertim singularibus. Video enim hoc à multis negari, ab aliis verò affirmari.

Ratio dubitandi contra partem affirmativam primò est, quia dum vniuersale actu prædicatur de multis, manet semper una ratio indivisa obiectio, sive unus conceptus obiectus: ergo vniuersale seruat suam unitatem, etiam dom actu prædicatur.

Secundò hæc prædicatio, *Omnis homo est rationalis*; *Omnis homo est animal*, est prædicatio vniuersalis: ergo vniuersale dum actu prædicatur, seruat semper suam vniuersalitatem.

Tertio illud non est prædicabile, quod destruitur, si prædicetur: vniuersale est prædicabile: ergo non destruitur si actu prædicetur.

Dico quartò, totam vniuersalitatem necessario destruere, quoties vniuersale prædicatur actu de singularibus, aut etiam de minus communibus. Antiquum probetur,

Obserua, prædicatur vniuersale posse attribui, vel subiecto singulari, ut *Petrus est homo*, vel subiecto plurimi

minus communi, ut omnis homo est animal; vel subiecto & quæ communi, ut omnis homo est animal rationale. Sensus conclusionis est, quod vniuersale omnino amittit vniuersalitatem quæ attrahitur subiecto singulari: si subiecto minus communi, habet illam ipsam vniuersalitatem, quam habet subiectum; ut animal si prædicetur de homine, non est genus, sed species. Cum autem prædicatur de subiecto & quæ communi, seruat vniuersalitatem.

Eius probatio.

Ratio ergo est, quia in omni prædicatione prædicatum & subiectum debent adæquari, adeò ut unum non paterat latius quam alterum: sed subiectum prædicationis singularis est singulare: ergo prædicatum illius prædicationis, cuius subiectum est singulare, non est vniuersale, sed singulare: ergo in omni prædicatione, quæ vniuersale prædicatur de singulari, necesse est destrui ipsam vniuersalitatem. Deinde si vniuersale maneret vniuersale dum prædicatur de singulari, quæsio dicitur, *Petrus est homo, sensus est, Petrus est homo vniuersalis;* atque adeò, *Petrus est omnia homo:* ergo vniuersale destruitur per actualem prædicationem. Unde commune illud axioma manavit, quod communitas vniuersalis non descendit ad inferiora. Præterea certum est, quod vniuersale, ut maneat vniuersale, debet esse abstractum à singularibus: sed actualis prædicationis tollit abstractionem, quia prædicare nihil aliud est quam reddere id quod erat abstractum ei à quo erat abstractum: ergo vniuersalitas tollitur per actualem prædicationem.

Solutio prima dubitata.

Ad primam respondeo negando manere rationem naturæ obiectiæ vnam, quando illa natura prius abstracta prædicatur de multis; cum enim prædicatur de pluribus, tribuitur illis pluribus, id est que non est amplius vnius conceptus obiectiuus. Imo non potest intellectus verè affirmare illam eandem naturam de Petro, quam affirmat de Paulo; sed necessariò affirmsat diuersam. Denique natura, quæ est vniuersalis, est natura omnium hominum: sed natura quæ affirmatur de Paulo, natura est filius Pauli, non autem omnium hominum: ergo non est vniuersalis. Neque dicas naturam, quæ affirmatur de Petro, esse obiectiæ naturam omnium hominum, non autem realiter. Contrà enim est, quia tunc natura non manet obiectiæ natura omnium hominum per abstractionem, quando tollitur abstractione: sed per prædicationem tollit abstractionem: ergo in actuali prædicatione natura non manet obiectiæ natura omnium hominum.

Solutio secunda.

Ad secundam pater ex dictis in explicatio[n]e conclusionis, quod vniuersale potest seruare vniuersalitatem, quando actu prædicatur de alio vniuersali & quæ late patente, ut si dicam, *Homo est animal rationale;* tunc enim prædicatum & subiectum adæquantur. Verum est quod prædicatum propositionis sumitur semper in suppositione confusa, quæ illa non conuertuntur: si autem conuertantur, verum non est.

Solutio tertiæ.

Ad tertiam nego illam maiorem. Illud non est prædicabile, quod destruitur si prædicetur; totum enim continuum bipalmarum est diuisibile in partes; quod tamen si diuidatur, destruitur: definit videlicet esse bipalmarum, si duo palmi sint diuisi. Vniuersale autem esse vniuersale non aliud est, quam illud esse tantum quoddam diuisibile in plura inferiora, in quibus singulis totum reperiatur.

Colliges ex his, quomodo vniuersale fieri possit non solum per primam, sed etiam per secundam & tertiam operationem; sit enim per secundam, si prædicatum & subiectum sint vniuersalia: sit per

R.P. de Rhodes curf. Philosoph.

A discussum, si propositiones sint vniuersales.

De vniuersalibus in particulari, quæ possent h[ic] desiderari, plenè tractata sunt in secunda disputatio logica, vbi egi de directione primæ mentis operationis.

QVÆSTIO IV.

De variis rerum distinctionibus.

Ad plenam vnitatis intelligentiam, de qua dicitur, cùm hactenus, requiritur necessariò notitia distinctionis, quæ opponitur vnitati; præsertim cùm rei cuiuslibet essentia, & vnitatis tunc rectè determinatur, cùm scitur distinctione rei à qualibet alia re; unde vulgo dicitur, quod idem est rei aliquius principium distinctionis, quod est eius constitutum. Sunt autem quatuor de rerum distinctionibus scita digna. Primo quid propriè sit, & quibus signis dignosci possit distinctione realis, quæ dicitur distinctione rei à re. Secundo, vtrum præter distinctionem rei à re debeat etiam admitti distinctione alia minor, quæ appellari solet modalis. Tertio, vtrum admittenda etiam sit alia distinctione ante operationem intellectus, quæ dicitur ex natura rei. Quartio, vtrum admittenda etiam sit distinctione rationis. De alia distinctione, quæ appellant virtuale, satis dubium est in tractatu de Deo.

SECTIO VNICA.

C Quid sit, & quibus signis dignosci possit distinctione vere realis.

Vulgò dicitur, signum distinctionis huius esse, quod duo possint separata existere simul, vel certè quod eorum alterum existere possit, altero non existente in rerum natura, quod etiam possit existere sine illo.

Ratio tamen dubitandi esse potest, quia debet tripliciter considerari conceptus aliquis distinctionis, qui sit communis Deo, & creaturis: sed mutua illa separabilitas, & existentia vnius sine altero, non est conceptus distinctionis, qui convenire possit Deo & creaturis: ergo ille non est conceptus vetus distinctionis.

Primo enim essentia Dei non distinguitur realiter à personalitate ipsius Patris, & illa essentia communicatur Filio, non communicata personalitate Patris, atque adeò separatur à personalitate Patris: ergo potest aliquid esse separabile, quod tamen non est distinctum realiter.

Secundò tres personæ sanctissima Trinitatis distinguuntur realiter; & tamen implicat ut illæ in unicem villo modo separantur: ergo separabilitas non est character proprius realis distinctionis.

Tertio dependet creaturæ à Deo distinguuntur à creatura; & tamen creatura existere nullo modo potest sine dependentia; neque dependentia existere potest sine creatura dependente: ergo separabilitas non est signum necessarium ad realem distinctionem.

Dico primum, vbiunque reperiatur mutua separabilitas, ibi necessariò est realis distinctione; quoniam sine mutua separabilitate, præsertim in diuinis, reperiatur huiusmodi distinctione.

Ratio evidens est, quia vbi est pluralitas entitatum realium, ibi est distinctione illa, quæ appellatur majoris realitatis: sed vbi est separabilitas mutua, ibi est vera pluralitas entitatum realium; nam vtraque realiter sine altera existit, atque adeò est altera entitas ab entitate alterius: ergo vbi est mutua separabilitas, ibi est distinctione realis maior.

K K k z Sed

664 Philosoph. Peripat. Lib. IV. Disp. III.

Sed illa tamen separabilitas non ita est signum distinctionis, ut ubicumque est distinctio, ibi sit necessariò talis separabilitas; cum persona sanctissimae Trinitatis sint inseparabiles, & tamen sine realiter distinctæ. Ratio autem esse potest, quia ut aliqua duo distinguantur, latè est quod entitas realis unius non sit realis entitas alterius: sed sine separabilitate fieri potest ut realis entitas unius non sit realis entitas alterius, si nimirum entitatis illæ sint inter se necessariò connexæ cum aliquo tertio; sicut in diuinis filiatione & paternitate sunt reuerâ plures; sed ita tamen necessariò connexæ cum essentia diuina, ut sint proflus ab ea & inter se inseparabiles: sed hoc tamen ita est proprium Deitatis propter infinitatem, ut non possit conuenire vñi creature.

Assertio secunda.

Dico secundò, signum distinctionis realis, prout est communis Deo & creaturis, non posse propriè vñum assignari; signum autem illius distinctionis inter res creatas esse mutuam separabilitatem, vel distinctionem actionum, per quas producuntur in diuinis solam operationem esse signum distinctionis, quæ potest etiam aliquando in creatis signum esse distinctionis.

Eius probatio.

Ratio est, quia in diuinis certum est nunquam esse posse distinctionem sine oppositione relativa, cum natura diuina infinita sit; atque adeò nisi obstat oppositio, quidquid est in Deo, sit omnino unum. In rebus autem creatis sine vña relatione, aut oppositione reperitur distinctio realis, ut patet: ergo implicat ut signum vñicum sit, quo cognoscitur distinctio realis, tum in Deo, tum in creaturis; quamvis conceptus distinctionis vñicus omnino sit, entitatum videlicet realium pluralitas, quarum una non sit altera. Igitur in creaturis cognoscitur distinctio, tum ex separabilitate vel entitatem, vel actionum; tum aliquando ex oppositione. In Deo non cognoscitur nisi ex sola oppositione. Hinc

Solutio trium dubit.

Ad primam respondeo, essentiam diuinam nullo modo separati à personalitate ipsius Patris, quamvis communicetur Filio & Spiritui sancto; quia sic illis communicatur, ut Pater semper servet eam infinitam perfectionem, quam communicat, & effundit in Filium; plenitudo enim diuinitatis est Pater ut Pater; & plenitudo diuinitatis est Filius, ut Filius, ut aiunt communiter Theologi, ex S. Athanasio.

Ad secundam negata est illa maior, quod signum distinctionis realis debeat esse aliquid commune Deo, & creaturis; nam in Deo propter eminentem perfectionem, cum tria vnum sint, id est tres personalitates inter se distinctæ identificentur eidem naturæ communi, implicat ut distinctio sit cum separabilitate; atque adeò sola relatio inhere potest & significare distinctionem personarum.

Ad tertiam patet ex Physica, descendientiam creaturæ à Deo distinguiri à creatura; quia licet creatura existere possit sine aliqua dependentia indeterminata, potest tamen existere sine hac vel illa distributio.

§. II.

Vñrum admittenda necessariò sit distinctio realis minor, que appellatur modalis.

Ratio cōtrouersia.

Praeterea distinctionem illam realium entitatum, alia distinctione etiam realis à recentioribus praesertim Philosophis assertur, quæ præedit omnem operationem intellectus, & non est tamen inter proprias entitatis mutuò separabiles, sed media

A quodammodo & diminuta est, inter duo, quorum alterum non sit propriè dicta entitas, sed modus aliquis entitati alicui propria sic affixus, ut sine illa existere nullo modo valeat. Omnes autem huiusmodi modos noui alij Doctores omnino dabant, frustraque inuentos esse prædicant fine vñlatione, ac fine modo, Typhanus s. de hypothesi à cap. 40. usque 60. Martinus dis. 5. de Incarnatione, probantque repugnare nuper inuenctos hos modos S. Thomæ ac Aristotelii. Rationes verò habent multas, sed adeò infirmas, & faciles, ut responsio ne vix vña egeant.

B Ratio dubitandi primò est, quia si ponatur in rebus ista distinctione modorum, infinitæ multiplicantur realitates sine necessitate: v. g. quoties ratefit quantitas, infinita producuntur extensiones totales; quando successivè mutatur corpus producuntur lumen, infinitæ mutantur actiones; cum sit motus localis, infinitæ producuntur vibrationes; quæ tamen omnia frustra sunt, quia per solas connotaciones explicari omnia illa facile possunt. Modi ergo illi sunt superflui.

C Secundò impossibile sunt, & chimatici omnes isti modi; vel enim illi sunt entitates, vel non sunt entitates: si sunt entitates, habent existentiam realē distinctionem à modis, atque adeò ab illis distinguuntur realiter: si non sunt entitates; ergo sunt purum nihil, cum sint non entia; interens enim & non ens non datur medium.

Tertiò si semel admittatur distinctione modorum, omnia explicabuntur per modos; relatio enim, duratio, vibratione, non minus erunt distinctiones modi, quam vñio, actio, subsistentia, motus, figura; imò nulla ratione poterit probari vñionem v. g. motum, figuram, esse modos tantum, non autem realles entitates, quæ non probetur etiam lumen v. g. species impressas impetu, & formas materiales non esse veras & solidas entitates a suis subiectis distinctiones realiter realitate maiori, sed esse modos duntaxat: sicut vñio est modus, quia licet extrema vñita possint esse sine vñione, implicat tamen ut vñio sit sine extremis vñitis; similiter enim dici poterit, lumen & species impressas esse modos ipsius aëris, quia licet aër possit existere sine lumine, aut speciesibus, lumen tamen & species non possunt existere sine aëre; vnde enim habes, quod vñio existere non possit sine extremis, lumen autem & species possunt existere sine aëre. Idem dico de forma materiali, quæ dici poterit esse modalis duntaxat entitas ipsius materie.

D Quartò implicat, ut modifikatum realitate maiori distinguatur ab ipso modo, quin modus distinguatur eadem realitate maiori à modifikato: sed modifikatum distinguuntur realitate maiori ab ipso modo, cùm possit existere sine illo: ergo modus etiam realitate maiori distinguuntur à modifikato. Probatur maior, quia implicat ut aliqua duo inter se sint diversa, & non sint eodem modo diversa; sicut est impossibile, Petrum esse separatum à Paulo, quin Paulus sit realiter separatus à Petro. Implicat Parisios centum leucis distare Lingduno, quin Lugdunum centum leucis distet Parvulus. Implicat duo esse diuisa, quin sint eodem modo diuisa. Implicat vñum esse alteri æquale, quin alterum sit æquale illi.

E Dico tertiod admittendam necessariò esse modallem distinctionem, cuius proprius character & signum certissimum est separabilitas non mutua; ita ut modifikatum existere possit modo illo non existente; modus autem nullo modo possit existere separatus à modifikato.

Quæst. IV. Sect. I. Distinctiones rerum. 665

Eius ratio.

Hæc conclusio sape probata est in Physica, vbi ostensum est, & ut opinor, demonstratum, vniuersaliter materiae & formæ in composito physico, in & vniōne patrum integralium, esse aliquid realiter diuersum à partibus, quæ possunt realiter existere sine vniōne; actionem etiam distingui à termino, cùm à diuersis agentibus possit produci unus & idem effectus, atque adēd necesse sit fieri alicubi mutationem, quæ fieri non potest nisi in actione. Atque id in motu locali videtur esse omnino indubitatum, cùm impossibile sit mobile connotare de noua aliquem locum, quem prius non connotabat, quin facta fuerit alicubi mutatio aliqua; proflus enim implicat ut duo contradictoria de aliquo sint vera successiūe sine noua mutatione; quæ mutatio non fit in loco: fit ergo in ipso mobili, atque adēd nouus ab eo acquiritur motus, qui non erat antea. De figura eadem ratio est, ut sape ostendi. De subsistentia idem demonstrabitur in sequenti disp. dum agam de substantia. Illud autem axioma, quod posui, quod duo contradictoria non possint successiūe praedicari de aliquo sine mutatione alicubi facta, sape probatum est in Physica, & sancitum demonstratum.

Solutio
prima du-
bitat.

Ad primam respondeo nunquam sine necessitate debere multiplicari nouas entitates; sed vbi tamen euidentis est necessitas nouæ alicuius entitatis realis, non debere res explicari per connotationes, de quibus certissimum hoc etiam esse debet, quod nulla connotatio noua esse potest in rebus, nisi alicubi facta sit aliqua mutatio; si enim realiter omnia se habeant, sicuti se habebant prius, implicat ut aliquid connotet illud, quod prius non connotabat. Quoties ergo noua exurget denominatio, quæ non poterit explicari sine reali aliqua mutatione in modis, toties dicam productum esse nouum aliquem modum. Quoties poterit explicari sine novo aliquo modo, toties per connotationem explicabitur sine modis. Quomodo autem refactio fiat sine extensionibus infinitis categoricis, & mutatio agentium sine infinitis actionibus, suo loco disputatum est in physica, vbi etiam negabam ubicationem, durationem, relationem esse modos entitati rerum superadditos, quia sufficiens in illis intelligitur mutatio, saltem extrinseca, per quam explicetur noua denominatio facta in rebus.

Solutio se-
cunda.

Ad secundam respondeo modos istos esse verè reales independentes ab operatione intellectus, non autem chimericos; sunt enim à parte rei veræ res, & vera entia. Quando verè dicitur, illas non esse entitates, impotria loquutio est; nomen enim entitatis, si significet id quod non est purum nihil, & quod est independens ab omni fictione intellectus, quilibet modus est propria & vera entitas; si autem entitas significet id quod ita est ens, ut possit existere, saltem diuinitus, etiam si non afficiat aliud, & illud modificet, modi non sunt entitates, quia essentialie hoc habent, ut sint affectiones quædam reales, & modi secundum quos dicantur se habere subiecta, quæ per ipsos denominantur. Vnio v. g. materiae & forma verè realis est, & propriè dictum ens; sed quia tamen nec esse diuinitus potest, nec definiti, nec explicari sine unitis (quomodo enim erit vnius, si nihil unitat?) propriè dicitur modus, quia per eam duo extrema dicuntur certo aliquo modo se habere; dicuntur enim esse inuicem unita. Eademque ratio est aliorum omnium modorum.

Solutio
tertia.

Ad tertium infinitum esset & impertinens afferre nunc rationes, quare nec relatio, nec ubicatione,
R.P. de Rhodes curs. Philosoph.

A nec duratio fint modi, sed solum connotations. Vnio autem, actio, motus, subsistentia, figura sint veri modi; suis enim locis disputatum hoc est, & ostensum, quomodo sufficiens in illis inueniatur mutatio sine realitate modali noua; in ipsis autem necesse sit nouam produci realitatem. Quomodo autem possint distinguiri entia illa, quæ sunt tantum modi, ab illis entibus, quæ sunt distincta realiter à subiectis, quibus insunt; dixi agens de vniōne, actione, motu.

§. III.

Vtrum admitti possit distinctione aliqua formalis ex natura rei, ante operationem intellectus, quæ non sit realis.

Singularis est sententia Scotti & Scotistatum, Sententia Scotti, quod præter distinctiones duas reales iam assig- natas admitti etiam debet alia tercia distinctione, quæ omnem præcedit operationem intellectus, & est verè à parte rei; sed nullo tamén modo realis est, aut modalis; quia est pluralitas duntaxat conceptibilitatum, non autem entitatum; ideoque appellatur distinctione formalis ex natura rei, ut non confundatur cum distinctione reali, & distinctione rationis; minor enim est distinctione quam realis, & maior quam distinctione rationis.

Ratio autem dubitandi est primò, quia si datur Triplex distinctione à parte rei, que nec est inter entitates dubitatio realiter distinctas, & tamen prior est omni operatione intellectus, datur distinctione formalis ex natura rei; sed admittenda necessariò est distinctione aliqua minor reali & modali; maior autem quam distinctione rationis: ergo datur distinctione formalis ex natura rei. Probatur minor. Attributa Dei, & perfectiones substantiales eiusdem individui creati non distinguuntur realiter aut modaliter; & tamen distinguuntur ante omnem operationem intellectus: ergo medianam habent inter illas distinctionem, quæ à parte rei est, & vocatur formalis. Antecedens, quantum spectat ad modalem, & realem indistinctionem, in confessio est apud omnes; de sola distinctione rationis probatur. Illa qua nullo cogitante intellectu diuersas habent essentias, distinguuntur plusquam ratione: Dei attributa, & perfectiones substantiales eiusdem individui nullo cogitante intellectu diuersas habent essentias: ergo differunt plusquam ratione. Minor probatur. Illa nullo cogitante intellectu diuersas habent essentias, quorum diuersæ necessariò sunt definitiones, quibus explicatur essentia prot est à parte rei: sed Dei attributa, & perfectiones eiusdem individui creati habent diuersas definitiones, quibus explicatur essentia eorum, prot est à parte rei; certum enim est, quod iustitia Dei aliter definitur, quam Dei misericordia; rationalitas Petri aliter definitur quam animalitas: ergo illa diuersas habent essentias.

Secundò implicat ut denominations contradictiones affirmantur & negantur de rebus, prot sunt à parte rei sine distinctione à parte rei: de variis attributis eiusdem entis, tum increati, tum creati affirmantur denominations contradictiones; dicitur enim verè quod iustitia punit, misericordia non punit; intellectus cognoscit, voluntas non cognoscit; animalitas sentit, rationalitas non sentit: ergo inter illas perfectiones datur distinctione à parte rei.

Tertiò implicat ut intellectus verè cognoscat aliqua ut plura, quæ in seipsis à parte rei non sunt

KKK plura:

666 Philosoph. Peripat. Lib. III. Disp. III.

plura : intellectus verè cognoscit istas perfectiones A ut plures , distinguunt enim animalitatem à ratione , iustitiam Dei à misericordia : ergo illæ sunt à parte rei plures. Major evidens est ; nam veritas cognitionis est conformitas eius cum re cognita , prout est à parte rei , non autem cum re cognita prout cognita ; vnde argumentor. Cùm intellectus sine falsitate cognoscit iustitiam Dei prout distinctionem à misericordia , cognoscit iustitiam existentem à parte rei : ergo à parte rei iustitia Dei distinguatur à misericordia. Idem dico de omnibus entibus , quæ vocantur connotantia ; nam illud à parte rei distinguitur , quod nullo cogitante intellectu aduenit rei alieui prius existenti : connotatio aduenit subiecto prius existenti , etiam si nullus cogitet intellectus : ergo connotatio distinguitur à parte rei , non autem sola ratione à subiecto cui aduenit.

Dico quartò , iustitiam omnino videri , & impossibilem omnem distinctionem formalē ex naturae , quæ nec sit distinctio realis , nec distinctionis.

Conclusio negans.

Prima probatio.

Ratio est primò , quia inter duo extrema contradictionia nullum dati potest medium : distinctionis realis , & distinctionis rationis contradictione opponuntur : ergo nulla inter illas esse potest distinctione media , quæ neque sit distinctionis realis , neque distinctionis rationis. Distinctio ista formalis ex natura rei à Scoto excogitata , nec est distinctionis realis , nec distinctionis rationis : ergo illa est impossibilis. Maior est receptissima , sola minor eget probatione ; sic autem probatur. Illa duo extrema contradictione opposuntur , quorum unum est affirmatio , alterum negatio eiusdem secundum idem : distinctionis realis & distinctionis rationis sic se habent , ut una sit affirmatio , altera negatio eiusdem secundum idem , quod probo. Distinctio realis est pluralitas rerum , quæ prior est omni operatione intellectus , à qua non causatur ; distinctionis rationis est pluralitas , quæ non est prior operatione intellectus , per quam solam causatur : sed esse prius , & non esse prius operatione intellectus ; causari per eam , & non causari , sunt affirmatio & negatio eiusdem secundum idem : ergo distinctionis realis & distinctionis rationis sunt affirmatio & negatio eiusdem secundum idem. Maior nota est , nam distinctionis realis illa dicitur , quæ est in re , seu à parte rei ; nemo enim vocat à parte rei , nisi quod est in re : sed esse in re significat esse prius operatione intellectus , & esse ab illa independens : ergo distinctionis realis illa est , quæ præcedit operationem intellectus , & ab ea non pender.

Eusacio Scotista-
rum.

Ludunt autem adversarij dum aiunt distinctionem istam ex natura rei esse distinctionem conceputibilitatum , non autem entitatum ; sic enim insto : istæ conceputibilitates diuersæ à parte rei , vel sunt purum nihil , vel sunt entia realia : non sunt purum nihil : ergo sunt entia realia. Sed distinctionis entium realium à parte rei est distinctionis realis : ergo distinctionis ista ex natura rei est distinctionis realis inter veras entitates. Deinde tunc est sola distinctionis rationis , quando est distinctionis duorum prout diverso conceptu concepi possunt : sed distinctionis conceputibilitatum est distinctionis duorum prout diverso conceptu concepi possunt : ergo ista distinctionis conceputibilitatum est solùm distinctionis rationis ratiocinata cum fundamento in re.

Secunda probatio.

Secundò illa omnia , quæ dicuntur ab aduersariis distinguuntur formaliter ex natura rei , sola ratione distinguuntur : ergo distinctionis illa fictitia solùm est , nec est aliud quam distinctionis rationis. Antecedens sàpe alibi probatum est ; dicunt enim Sco-

tistæ v. g. Dei attributa distinguuntur formaliter ex natura rei ; ostensum autem est tract. 1. de Dio , solam inter Dei attributa , tum absoluta , tum relativa , & essentiam reperiri distinctionem rationis , aliam omnem distinctionem esse incompossibilem , cum summa unitate , simplicitate , infinitate . Dicunt etiam aduersarij , distinctiones substantiales eiusdem individui creati distinguuntur formaliter à parte rei , quod reiectum est 2. disp. dum egi de gradibus metaphysicis. Nullibi ergo reperitur distinctionis formalis diuersa vel à distinctione rationis , vel certè à distinctione verè reali.

Ad primam respondeo , nullam esse distinctionem medianam inter eam quæ realis est , & eam propositam quæ solius est rationis. Ad probationem , nego Dei attributa , & diuersas distinctiones eiusdem individui habere diuersas essentias , nullo cogitante intellectu ; nam illorum omnium essentiae non sunt diuersæ , nisi prout subsunt conceptibus nostris inadæquatæ , cùm tamen à parte rei vnam habent simplicem essentiam. Tota ergo difficultas est in illa propositione : Illa nullo cogitante intellectu diuersas habent essentias , quæ diuersas habent definitiones explicantes ea prout sunt à parte rei. Debet autem sic distinguī ; quæ definitiones habent diuersas explicantes ea adæquatæ , prout sunt à parte rei , concedo ; explicantes ea inadæquatæ tantum prout sunt à parte rei , nego. Iustitia Dei v. g. si definiatur adæquatæ prout est à parte rei , includet misericordiam , aliaque Dei attributa , imò & totam Deitatem : quando definitur præcisè vi iustitia est , explicatur solùm inadæquatæ , idque sola efficit operatio intellectus concipientis illas perfections inadæquatæ , id est præcisè ut respondent diuersis perfectionibus creatis : illa ergo est duxata distinctionis rationis.

Ad secundam sàpe negata est illa maior : implicat ut denominations contradictione affirmatur & negatur de rebus prout sunt à parte rei , sine distinctione à parte rei ; si enim affirmatur & negatur secundum eandem formalitatem , vera est propositione ; si affirmatur & negatur secundum diuersas formalitates , est falsa : nam ex eo quod aliquid sit virtualiter multiplex , de illo potest aliquid affirmari & negari ; quod autem diuersas habet formalitates , virtualiter multiplex est : denominations ergo illæ non sunt reuerba contradictione , cùm non sint secundum idem formaliter.

Sed inquires : Formalitates illæ sunt à parte rei : ergo illa distinctionis est à parte rei.

Respondeo , illas formalitates esse à parte rei , sed non esse plures aut distinctas à parte rei.

Ad tertiam respondeo , ut dixi , explicando vniuersalitatem , distinguendo maiorem ; implicat ut in intellectus verè cognoscat aliqua ut plura , quæ in se ipsis non sunt plura , si cognoscat illa solùm inadæquatæ , concipienti vnum alio non concepto , nego maiorem ; si affirmetur illa esse in seipsis plura , concedo maiorem. Quando intellectus cognoscit Dei attributa ut plura , non affirmat illa esse plura , sed tantum concipit illa inadæquatæ concipienti vnum non concepto alio. De connotatiis & relationibus fuisus dicam disp. 4. nunc tamen dico connotationem non posse rei alicui de novo aduenire , nisi adueniat aliquid nouum reale , quod distinguatur à subiecto connotante ; atque adeò connotatio secundum id quod dicit in obliquo , semper distinguatur à subiecto connotante , sed hæc alias.

Quæst. V. Sect. I. De Veritate. 667

S. III.

*De distinctione rationis, tum ratiocinat.e,
tum ratiocinantis.*

Sequetur ut de hac vtraque distinctione disputare, quæ non est in rebus, sed per solam causator operationem intellectus; cuius tanta vis est ut ea separet cogitando, quæ ne diuinitus quidem existere possunt separata; dividat ea, quæ sunt realiter indiuisibilia; & partes inueniat, vbi non est nisi summa unitas. Verum quia distinguui per rationem unum ab alio, non est aliud quæm cogitari per intellectum altero non cogitato, seu præscindi per cognitionem ab eo cum quo est idem; nihil video necesse dicere de distinctione rationis præter ea quæ dixi initio questionis primæ de præcisionibus obiectu*s*, quæ non sunt aliud quæm distinctione rationis, ut eo loco plenè dixi. Præscindi enim obiectu*s* non est aliud quæm distinguui ratione.

QVÆSTIO V.

De veritate & bonitate, prout sunt propriae entis in communi.

Quam longa fuit & multiplex controværsia de unitate transcendentali, quæ proprietas est prima entis, tam brevis esse potest consideratio aliarum durarum, veritatis nimurum, & bonitatis, quia in Logica exposita est natura fere tota veritatis; de bonitate in Ethica fusè dixi, unde nunc de vtraque paucissima dicere satis erit.

SECTIO I.

De veritate transcendentali, prout est reciproca passio entis.

Veritatem distinguebam in Logica in transcendalem, quæ appellatur veritas in sensu, conuenientque omni enti; & formalem, quæ appellatur veritas in repræsentando, estque propria solius cognitionis, quæ conformatur obiecto, dum repræsentat illud sicuti est. Primæ illius veritatis propria hic quætitur ratio, & germanus conceptus, prout conuenit omni enti, & est aliud distinctum à veritate formalis.

Existimat nimur Vasquez 1. part. disp. 77. c. 4. veritatem solius cognitionis propriam esse; res enim non esse veras nisi extrinseca, per denominationem ab intellectu, in quo cauſant veram sui cognitionem. Alij cum Aureolo & Alensi, volunt nihil veritatem esse aliud quæm negationem extranei, aut apparentis: autum v. g. illud dici verum, quod admixtum non habet æs, vel argumentum. Lessius docet veritatem non esse aliud quæm conformitatem cum sua regula, seu cum exemplari divino, quæ cognitio est Dei practica de te prout facienda. Sitaret veritatem definit conformitatem cum vero conceptu intellectus. Communior sententia docet veritatem esse ipsam rei aliquius cognoscibilitatem.

Ratio autem dubitandi est, quia primò si sola rei cognoscibilitas est veritas transcendentalis, sequitur veritatem non esse aliud intrinsecum enti,

A sed solam denominationem extrinsecam à cognitione; nam esse cognoscibile non est aliud, quam posse cognosci: sed veritas, quæ reciproca est passio entis, non potest esse solum denominatio extrinseca, quia proprietates entis sunt aliquid extrinsecum enti, illique soli conuenire possunt; denomination autem extinseca, quæ petuit à sola cognitione, conuenit etiam entibus fictis; nam illa denominantur etiam cognita: ergo veritas transcendentalis non est sola rei cognoscibilitas.

Secundò si rei cognoscibilitas est veritas transcendentalis, datur & circulus inter cognitionem & obiectum; cognition enim est vera, quia tendit in obiectum; & obiectum est verum, quia terminat cognitionem; imò res erit vera, quia potest cognosci; & potest cognosci, quia est vera.

Tertiò illud quod est specificatum cognitionis non est aliud dependens à cognitione, sed est illà prius: veritas transcendentalis est id quod specificat cognitionem, & est illà prior: ergo veritas non est aliud posterius cognitione, sed cognoscibilitas est aliud posterius cognitione, & ab ea dependens.

Dico primò veritatem transcendalem non esse aliud omnino extrinsecum enti, sed esse intrinsecam rei cognoscibilitatem, seu ipsam rem prout per seipsum ingenerare potest sui conceptum, & illum fundare.

C Ratio primæ partis est, quia mera denominatio extrinseca non potest esse reciproca passio entis, cuiusmodi est veritas. Imò evilibet enti rationis, & non enti conuenit etiam denomination inquit modi extrinseca, quæ petuit à cognitione; chimara enim denominatur à cognitione: sed neque illa ratio est cur cognitione dicatur vera intrinseca, reliqua verò entia extrinseca solū vera sint; nam veritas quidem formalis solius cognitionis est propria; veritas autem transcendentalis, ad omnia entia extenditur. Denique communis loquendi vius rebus quibuslibet veritatem attribuit; nam dicitur v. g. hunc esse verum hominem, hoc esse verum aurum.

Secunda pars explicat proprium conceptum veri transcendentalis; probari autem potest, quia dupliciter explicari potest rei aliquius cognoscibilitas primò fundamentaliter, & quasi actiū, ac motu: secundò formaliter, & quasi passiu*m*. Dicitur ens cognoscibile fundamentaliter, quatenus per se ipsum potest cauſare in intellectu sui cognitionem, id est mouere intellectum ad sui cognitionem; cognition enim fundatur in obiecto, & ab eo cauſatur, quia obiectum mouet intellectum ad sui cognitionem; & hoc, vt vides, prius est ipsa cognitione, cum eam cauſet. Dicitur ens cognoscibile formaliter, & quasi passiu*m*, quatenus potest esse terminus cognitionis, & hoc supponit cognitionem, & ab illa pender: vnde argumentor. Ut aliquid sit proprietas entis, requiritur ut conueniat omni enti reali, & non conueniat illi quod non est realē: sed esse cognoscibile fundamentaliter, & quasi actiū, conuenit omni, & soli enti reali; nullum enim est ens realē, quod per seipsum non possit cauſare in intellectu sui cognitionem; & nullum est ens rationis, quod possit illam cauſare per seipsum qui semper cognoscitur ad modum entis: ergo cognoscibilitas illa entis est proprietas eius reciproca, quæ appellatur veritas. Deinde illa cognoscibilitas entis est prior cognitione, qua muis in ordine ad illam cognoscatur & explicetur; est enim ens prout cauſat & fundat cognitionem.

Denique probari potest, quia veritas nullo alio modo

Multiplex
sententia
Docto-
rum.

Triplex
dubitandi
ratio.

modo explicari potest: primò enim dici non potest quod veritas si negatio alieni, aut apparentis, vt volebat Aureolus; quia negatio alieni reuocari potius debet ad uitatem, quam ad veritatem; nam aurum non esse mixtum aurichalco, & aurum non esse aurum simul, & aurichalcum, vel certè non esse compositum ex vitroque. Adde quod veritas solet ab omnibus concipi per modum alicuius positivi, non autem ut pura negatio. Vnde reiiciendi etiam iij sunt, qui definitur verum illud, quod non est tantum apparens; nulla enim res explicari rectè potest per negationem negationis sui ipsius; sed cùm dicitur illud verum esse, quod non est tantum apparens, verum explicatur per negationem negationis sui ipsius; nam v. g. esse aurum apparens, est non esse aurum: ergo non esse aurum apparens, est habere essentiam auri; sed hoc est esse ens quod dicitur aurum, non autem esse verum, quæ proprietas est enti superaddita. Fateor tamen apud vulgus sic explicari solere veritatem, vt illud dicatur verum, quod non est apparens tantum; si enim ab homine imperito queretas, quare Petrus sit verus homo; dicit, quia non est homo piatus: non respondebit autem, quia est cognoscibilis. Indò ipse Augustinus ita videtur vñrpassé lib. de vera religione, c. 35. *Vera in tantum vera sunt, in quantum sunt.*

Sententia Lessij.

Sententia Suaris.

Falsitas quid sit.

Solutio trium diff.

A sam terminat; sed obiectum non est verum, quia terminatur, sed quia causat cognitionem; ubi nullus est circulus. Vnde absolute negari debet, rem esse veram, quia potest cognosci.

Ad tertiam satis dictum videtur, quod veritas prior est cognitione, quam etiam specificat; quia terminatur de cognoscibilitate fundamentali, & actua, non de formalis & passiva. Si vero nullus esset possibilis intellectus, tunc ens non esset verum, neque haberet hanc passionem recipiocam.

SECTIO II.

De bonitate transcendentali.

B

DE illa nimirum bonitate, quæ necessariò reputatur in ente quolibet reali; nam de alia bonitate, quæ in solis reperitur liberis actibus voluntatis, & appellari solet moralis, quia non spectat nisi ad solos mores, estque conformitas actionum cum natura rationali; dixi tum in *Ethica*, De priori ergo bonitate facilis solutio est, quid illa, & quotuplex sit; quænam malitia ei sit opposita.

Ratio enim dubitandi primò est, quia prius est aliquid esse bonum, quam esse amabile; quareni enim cur aliquid sit amabile, respondetur, quia est bonum.

C Secundò quædam sunt entia, quæ non sunt vel modo amabilia, vt odium Dei, & illa omnia, quæ dicuntur esse intrinsecè mala: ergo bonitas quæ communis est proprietas entis, non est rei amabilitas.

Tertiò ens diuiditur in bonum & malum: ergo bonitas non est communis omni enti; aut etiam conuenit enti fieri, cùm possit aliquis amare non ens.

Dico primò, bonitatem transcendentalē esse ipsam rei amabilitatem, & appetibilitatem fundamentalē.

DIcio secundò, falsitatem oppositam veritati transcendentali, si propriè dicta sit, nulli enti reali conuenire posse: falsitatem autem impropriè dictam esse posse in rebus per denominationem extrinsecam ab intellectu.

Ratio est, quia falsitas opposita veritati transcendentali est negatio cognoscibilitatis, quæ non potest enti reali competere, cùm ens reale quolibet sit cognoscibile: solum ergo non ens capax est falsitatis oppositæ veritati transcendentali. Falsitas autem impropriè dicta enti conuenire potest, quia ens dici potest falsum, quatenus aptum est ut videatur esse quod non est, vel quatenus esse potest obiectum enunciacionis falsæ, & causa falsi iudicij. Quamvis igitur veritas enti conueniat omnino intrinsecè, falsitas tamen ei opposita extrinsecè solum conuenit, quia veritas est proprietas entis, quæ proinde extrinsecā illi est; falsitas autem cùm non possit esse proprietas, per solum denominationem extrinsecam illi conuenit.

Ad primam respondeo veritatem esse cognoscibilitatem fundamentalē, quæ non est solum denominatio extrinsecā à cognitione à qua dependeat; sed est ipsa entitas obiecti prout potest causare cognitionem. Cognoscibilitas formalis, & quasi passiva, posterior est veritate, quia est ipsum ens, quatenus potest terminare cognitionem.

Ad secundam respondeo, nullum dari circulum inter cognitionem & obiectum; nam cognitione est vera ex eo quod conformis sit obiecto, quod ip-

E sam absoluē, tum respectuā: de quibus primò in absolutum & respectuum: secundò in bonitatē per essentiam, & bonitatē participationem: tertio in bonitatē naturalem, & moralē: quartò in bonum honestum, delectabile & vnde.

Dico secundò, bonitatem diuidi multipliciter: primò in absolutum & respectuum: secundò in bonitatē per essentiam, & bonitatē participationem: tertio in bonitatē naturalem, & moralē: quartò in bonum honestum, delectabile & vnde.

Ratio est, quia res aliqua potest esse amabilis

vel propter suam perfectionem, fine ordine ad subiectum, & dicitur habere bonitatem absolutam, seu bonitatem simpliciter, quæ nimirum res in se bona est; vel quia est alteri conuenientia ratione subiecto, diciturque habere bonitatem respectuum, quæ res alteri bona est, vt frigus aquæ bonum

Bonum est, igni verò malum: ergo bonitas rectè dividitur in absolutam, & respectivam. Secundò res esse potest bona in omni genere entis illimitatè, independenter, necessariò: illa vocatur bonitas per essentiam, solius propria primi entis, & verus eius character; omnia eius continens nomina, omnia attributa; est enim ipsum bonum sine limitatione, quia infinitum est tum intensuè, tum extensiè: sine compositione, quia est summè simplex, & indivisiibile, totum essentia & pelagus essentiae: sine dependentia, quia totum est à se id quod est, fons fluminis sui: sine contingentia, quia necessariò est: sine potentialitate, quia totum est actu, & totum actus. Res etiam esse potest bona participata, limitatè, dependenter ab alio ente; hoc est bonum, quod dixi participatum, gutta illius oceani, radius huius solis, umbra illius luminis. Totum videlicet bonum creatum à Deo manans, ad Deum rediens, dum amatorio circulo à bono in bonum perpetuò circumagitur illud summè bonum, & summè pulchrum. Tertiò potest aliquid esse bonum vel natura, vt natura est, id est prout naturaliter operatur, vt calor bonus sit igni, diciturque bonum naturale; vel natura vt liberè operanti, & cum discursu, & dicitur bonum morale. Denique aliquid est bonum respectuum, quia decet naturam rationalem; diciturque honestum, vel quia voluntatem afferit, & est delectabile; vel quia conductus ad aliquem finem, & vocatur utile. Bonitas ergo prout praescindit ab illis omnibus, & est amabilitas fundamentalis, est illa bonitas, quæ conuenit omni enti, & est eius proprietas.


Multiplex malitia. Dico tertio, malitiam bonitati transcendentali oppositam esse imperfectionem rei, ratione cuius illa odio habeti potest: totidem autem modis illam posse diuidi, quot modis diuiditur bonitas. Primo enim malitia absoluta est pura priuatio entitatis, quæ soli conuenire potest non enti: malitia respectiva est disconuenientia cum alio: calor v. g. malus est aquæ, qui est bonus igni. Duplex est hæc malitia; positiva & priuativa. Positiva est, quæ per suam entitatem positivum male afficit aliam, vt calor per se aquam male afficit. Priuativa est negatio alicuius perfectionis debitæ, vt defectus frigoris in aqua. Rursus malum respectuum aliud est naturale, quod est disconueniens natura vt natura est; aliud morale, quod est disconueniens natura vt rationalis est. Quomodo autem nulla sit natura mala, & quænam sit origo mali, multipliciter disputarunt Sancti Patres contra Marcionem, & Manichaeos, qui multas ponebant naturas malas, quarum author non esset Deus ex sua natura bonus, sed alter quidam Deus ex se malus, & principium omnis mali; quorun insania multis rationibus evidenter coniuncti potest, præterim cum implicit, aliquid esse simul ens, & esse malum; neque malum revera sit, nisi quando voluntas ex se bona, liberè agens efficit seipsum malam.

Solutio trium dubitationum. Ad primam respondeo distinguendo antecedens, eo modo quo dixi de veritate: prius est aliquid esse bonum, quæam esse amabile formaliter, concedo; quæam esse amabile fundamentaliter, nego: nam esse amabile fundamentaliter, id est esse fundamentum propter quod aliquid amari possit, & esse bonum.

Ad secundam respondeo non esse vilium ens, quod non sit bonum & amabile, sub ea ratione, quæ ens est: v.g. odium Dei præcisè vt est ens, est

A aliquid amabile, quamvis quatenus est tale, sit moraliter malum intrinsecè, vt in morali explicatum est.

Ad tertiam respondeo, quodlibet ens reale bonum necessariò esse bonitatem transcendentali; ens autem, prout diuiditur in bonum & malum, est ens prout commune enti factò & reali. Cùm dicatur posse ab aliquo amari non ens, facilè concedi potest; quia bonitas, quæ conuenit omni enti, dicit in recto ipsum ens, prout, &c. Enti igitur factò bonitas transcendentalis non conuenit.



DISPVTATIO IV.

De variis entis diuisionibus.

POST generalem conceptum entis, & proprietates eius reciprocas, sequitur vt dicam de diuisionibus eius in plura inferiora; nihil enim est reale, ad quod non descendat; nihil quod suo quasi attractu non consignet, vt fiat reale, ac designat esse nihil. Infinita igitur est ista consideratio diuisionum entis, complectetur omnes scientias, nisi solis illis diuisionibus essem contentus, quæ ita sunt viuerales, vt singulae toram latitudinem entis exhaustant. Primo igitur inquirio, quænam sint generalissime diuisiones entis: secundò cuiusmodi sit diuisio entis in substantiam & accidentem: tertio cuiusmodi sit diuisio entis in decem categorias. Reliquæ vel difficultate carent, vel explicatae manebunt duabus illis rectè intellectis.

QVÆSTIO I.

De communissimis entis diuisionibus generatim.

CVm nihil omnino sit, quod non sit ens, præter purum nihil; tam latè patent diuisiones entis, quæam diffusa est omnis realitas: satis autem erit dicere in genere primo, quænam illæ sint, secundò quænam ex illis sit omnium prima.

SECTIO I.

Quænam sint generalissime diuisiones entis.

Certum est primò, generalissimas diuisiones entis istas esse posse: primo in ens increatum, & creatum: secundo in corporeum & spirituale, viuens & non viuens, intellectuum & non intellectuum, absolutum & respectuum: tertio in substantiam & accidentem, ac demum in decem prædicamenta; quia præter istam ultimam nulla est ex illis quæ non adæquatè distribuat totum ipsum ens, v. g. diuisio in Deum & creature, non diuidit solam substantiam, sed substantiam & accidentem: idem dico de spirituali & corporo, viuente & non viuente. Ille singulae diuisiones entis sunt omnino adæquatæ: de diuisione in decem prædicamenta diversa ratio est, quia vt dicam, Deus in nullo est prædicamento.

Certum

670 Philosophiaæ Peripat. Lib. IV. Disp. IV.

*Divisio
entis in
Deum &
creaturas.*

*Ens à se
& ab alio.*

*Ens per es-
sentiā,
ens per
participa-
tionem.*

*Actus pu-
rus : ens
potentia-
le.*

*Triplex
dubit.*

*Divisio
entis in
finitum &
infinitum.*

Certum est secundò, diuisionem entis in Deum & creaturas variis modis solere tradi. Primo sub his terminis, *infinitum*, & *finitum*; quibus ita significantur Deus & creatura, ut expresse designetur summa distantia, quæ est inter duo illa membra; ens enim infinitum appellatur, quod in sua essentia ita est illimitatum, ut omnem omnino contineat perfectionem possibilem, vel formaliter, vel eminenter: finitum autem, quod ita perenit ad certum gradum in latitudine tota entis, ut virtù non ascendat, neque contineat ulteriores gradus, vel formaliter, vel eminenter. Unde quanu fieret à Deo aliqua creatura, cui daret gradus perfectionis infinitos, non esset tamen illa infinita essentialiter, quia non contineret omnem perfectionem possibilem. Secundò traditur eadem sub his terminis, *Ens à se*, *ens ab alio*; id est, *independens*, & *dependens*. Primum est illud ens, quod habet esse à seipso, non causaliter & positiu quasi scipsum produxit; sed negatiu, quod à nullo accepit esse, neque potuerit accipere. Dependens illud vocatur, quod accepit, vel accipere potest esse ab aliquo alio per veram causalitatem. Personæ videlicet divina Filiij & Spiritus sancti accipiunt esse, sed non sunt tamen dependentes, quia non accipiunt illud per veram causalitatem. Tertiò traditur hoc modo ens per essentiam, & ens per participationem. Ens per essentiam est illud quod essentialiter existit, & est totum id quod est, seu quod nihil omnino habet quod non sit eius essentia. Ens per participationem illud, cui existentia, & plures etiam aliae perfectiones accidentaliter adueniunt.

Quartò dicitur *actus purus*, & *ens potentiale*. Illud dicitur *actus purus*, quod nullam habet potentiam ad existendum, aut recipiendum; sed totum quod esse potest, actu & necessariò est. Ens potentiale illud nominatur, quod esse potest in potentia, tum ad existendum, tum ad recipiendum aliquid noui, quod non habeat. Puritas *actus soli* Deo conuenit habenti omnia per essentiam, inquit nihil habenti, sed essenti omnia, ut ita dicam. Aliæ hoc modo discurrenti per omnia Dei attributa, possunt excoigitari diuisiones generales entis, quarum alterum membrum sit Deo proprium, aliud omnibus commune creaturis.

Ratio ergo dubitandi primò esse potest, quia ut diuiso aliqua bona sit, debent membra subdidentia ita tradi, ut postea non sint rationes aliae alteri communes, alioqui fieri commixtio specierum huiusmodi diuidentia: atqui ens à se, v.g. rursum habet sub se intellectuum, quod subdividi potest in intellectuum à se, & intellectuum ab alio. Similiter infinitum habet sub se plures diuisiones, v.g. idem intellectuum, cum aliud sit intellectuum infinitum, aliud finitum: ergo illæ diuisiones vitiosæ sunt.

Secundò ens diuidi debet per rationes essendi: sed esse Deum & creaturam non sunt ratione essendi, sicut perfectas & inhærentia: ergo ens non bene diuiditur in Deum & creaturas.

Tertiò diuiso entis in substantiam & accidentis non videtur adæquata, cum non continat omnem ens; modi enim substantiales neque sunt substantia, neque accidentia; si enim essent substantia, per se subsisterent; si accidentia, pertinerent ad categoriam aliquam accidentium; non pertinet autem ad ullam categoriam accidentium.

Dico primò, optimam videri & adæquatam diuisionem entis in ens infinitum & finitum: in

A ens à se, & ens ab alio; actum putum, & ens potentiale; necessarium, & contingens.

Ratio est primò, quia illa diuiso est bona & adæquata, cuius duo termini contradictrio ita opponuntur, ut summa habeant oppositionem: huiusmodi sunt ens finitum & infinitum, ens à se, &c. ergo diuisiones illæ optima sunt, & sunt etiam adæquatae, quia nulla ex illis est, quæ non continat latitudinem totam entis.

Dico secundò, bene item & adæquata diuidi ens in substantiam & accidentem.

Ratio est, quia nullum est ens, quod vel non sit aptum inhætere alteri per veram & propriam inhærentiam, vel quod sit aptum inhætere. Si non est aptum inhætere, substantia est; si apud est inhætere, est accidentis: ergo nullum est ens, quod non sit substantia, vel accidentis. Substantia enim sumi potest, vel protiv est genus tantum analogum, & sic significat substantiam, tum creatum, tum incrementum; vel protiv est genus viuocum, & primum prædicamentum, & sic solam dicit substantiam creatam, ut patebit ex quest. hic autem substantia sumitur protiv est analoga, communis nimirum Deo & creaturis.

Ad primam respondeo negando, quod in diuisionibus entis membra subdidentia debent ita tradi, ut non sint postea in altero rationes omnes alteri communes; hoc enim est impossibile: v.g. si diuidatur ens in spirituale & corporeum, vtrumque membrum participat rationem viuentium, cognoscitum, &c. Substantia & accidentis commune habent spirituale & corporeum. Idem dico de aliis omnibus diuisionibus; sufficit enim ut membra, protiv formaliter, nihil inter se habeant commune.

Ad secundam respondeo negando ens d'uidi debere in modis essendi; debet enim potius diuidi in diversa entia, alioqui non rete diuidetur in substantiam & accidentem, quæ sunt entia, non autem modi essendi: falsum autem est, quod ens dividatur in perfectatem, & inperfectam.

Ad tertiam respondeo modos omnes substantiales reuocari ad substantiam; sunt enim substantiae quodammodo incompletæ. Patebit autem ex dicendis quest. 3. modos completos, qui supponunt suum subiectum in suo esse iam plenè constitutum, pertinere directè ad aliquam categoriam, cuiusmodi est figura: modos autem illos, qui sic afficiunt suum modificatum, ut compleant ipsum in suo genere, pertineantque ad eius integratatem, tunc simul cum modificato in eadem poni categoria, per quandam reductionem. Huiusmodi est substantia.

SECTIO II.

*Quanam inter diuisiones entis sit omnium
prima.*

E

ID est, vtrum ens à quæ primò, & à quæ imme-
diatè diuidatur in ens infinitum, & finitum; in
ens à se & ab alio; in ens intellectuum, & non in-
tellectuum; substantiam, & accidentem: an vero ali-
qua inter diuisiones illas sit alia prior, & magis
immediata, & quanam illa sit.

Ratio dubitandi primò est, quia illæ diuisiones entis sunt à quæ imme-
diatè ac prima, que non di-
uidunt tantum aliquid ens particulare, sed ipsum
ens viuocatissime sumptum sine respectu ad alias:
huiusmodi sunt istæ diuisiones in substantiam &
accidentem.

accidens, creatum & increatum : ergo illæ diuisiones sunt æquæ immediatae ac primæ.

Secundò illæ diuisiones, quæ se mutuò continent, ita ut vna includat aliam, & sub illa includatur, æquæ sunt primæ ac immediatae; si enim vna est alia prior, deberet continere alias, & sub illis non contineri: sed istæ diuisiones se mutuò continent, v.g. diuiso entis in substantiam & accidens continet diuisionem in Deum & creaturem, spirituale & corporeum, & alias omnes. Diuiso quoque in Deum & creaturem continet diuisionem in substantiam & accidens, & reliquias, vt patet: ergo vna ex illis non est prior altera.

Tertiò vix potest diiudicari quænam inter illas sit prior; nam diuiso in ens à se & ab alio videtur esse debere omnium prima, quia esse à se non potest fluere ab alia perfectione priore; & tamen diuiso entis in infinitum & finitum videtur esse prior, quia independentia probatur per infinitum, & illam non probat.

Conclusio affirmativa.
Dico primò, inter diuisiones entis enumeratas datur necessariò aliquis ordo prioritatis; ita ut vna eearum sit omnium prima, & maximè immediata; eaque videtur omnino esse diuiso entis in infinitum & finitum. Ita docet Scotus in i. diff. 8. q. 3. & cum eo Suares disp. 28. sct. 1. & disp. 32. sct. 1. contra Hurtadum disp. 10. sct. 1. Aucteram quæst. 17. & in Logica q. 16.

Probatio.
Ratio tamen satis perspicua est ex iis quæ dispertibant in tractatu deo, de primo conceptu, & differentia essentia Dei. Si enim infinitas, ut ibi probabant, est Dei differentia propria & character eius essentiae, necesse est ut alias omnes eius perfectiones sint posteriores infinitate, cum ab illa debent fluere: sed infinitas radicalis & exigua, est differentia Dei propria; non autem independentia, vel existentia per essentiam; quia ex independentia, & existentia per essentiam non probatur infinitas, cum posset cogitari ens à se quod per sua principia naturalia sit limitatum: per infinitatem autem certum est probari aseitatem & alias omnes perfectiones: ergo infinitas prima est inter omnes Dei perfectiones, atque adeò ens necessariò dividitur in ens infinitum & finitum; quia primò & immediata dividitur in id, quod primò, & ante alia Deo conuenit. Si enim verum esset, quod illæ omnes diuisiones essent æquæ primæ ac immediatae, certè nulla dari posset propriæ Dei differentia. Deinde illa diuiso est omnium prima, sub qua continentur formaliter explicitè alias omnes, ipsa vero non continetur sub aliis: sed infinitas formaliter continet omnes perfectiones, substantia vero, v.g. esse intellectuum, esse absolutum, imò nec independentia continet formaliter infinitatem & alias perfectiones: ergo infinitas & finitas primò dividunt ipsum ens.

Solutio difficultatum.
Ad primam respondeo negando illam maiorem: illæ diuisiones sunt æquæ primæ, quæ diuidunt ens uniuersalissimum sumptum sine respectu ad alias; si enim vna ex illis diuisionibus ita se habeat, ut probet alias, & illas formaliter contineat; non probetur autem per illas, nec sub illis continetur, certè vna est prior alias, ut probauit, tametsi alias sint etiam uniuersales.

Ad secundam respondeo distinguendo illam maiorem: illæ diuisiones sunt æquæ immediatae, quæ se mutuò includunt, si etiam se mutuò probent, & includant formaliter, concedo; si non se mutuò probent, nec includant formaliter, sed tantum reahiter, nego. Dixi autem diuisiones entis huiusmodi esse, ut infinitas includat formaliter & probet alias

A omnes perfectiones; sub aliis autem non includuntur formaliter, nec probentur.

Ad tertiam facit est ratio, propter quam diiudicari debet infinitas esse prior independentia, quam probat, & includit formaliter & directè; cum tamen per eam non probetur, nec formaliter directè sub ea continetur: esto verum sit, quod ens independentis nihil supponit prius à quo fluat: certè nego independentiam fluere non posse ab alia priori perfectione.

Sequebatur ut dicarem, an & quomodo diuisiones illæ sint analogæ, an vniuocæ; sed hoc erit manifestum ex q. 3. vbi dicam nihil esse posse vnuocum Deo & creaturis.

B

QVÆSTIO II.

De substantia, & accidente.

Hæc est notissima & celeberrima diuiso entis, de qua video posse quæri quinque: primò propria ratio & conceptus substantiae prout ab accidente distinguitur; secundò, quid sit substantia; tertio, quotuplex illa sit in composito physico: quartò, qualis sit eius effectus formalis: quintò, quænam illius causæ.

SECTIO I.

Propria ratio, & conceptus substantiae, prout ab accidente distinguitur.

Idest, quare forma equi v. g. non sit accidens, sed substantia; quantitas autem, & albedo, accidentia sunt, non substantiae; quam esse rem difficultiam ab antiquioribus vix tacitam, à recentioribus nondum explanatam, aliqui pronunciant.

Ratio dubitandi est primò, quia solam distinctionem substantiae ab accidente dicitur esse quod substantia non sit in subiecto, substantia vero sit in subiecto: sed forma materialis non minus subiecto inhæret, quam accidentis: ergo est accidens. Neque satis est dicere, quod accidentis est in subiecto completo, forma vero est in subiecto quod ipsa complet: vel enim nomine subiecti completi intelligitur totum per se, vel intelligitur totum per accidentis. Si totum per se, petitur principium, quia totum per se est totum substantiale. Si intelligitur totum per accidentis: ergo quantitas etiam substantia est, quia est in tali subiecto incompleto; facit enim ipsa totum aliquod quantum, & albedo totum album.

Secundò accidentia materialia sunt in sola materia: ergo sunt in subiecto incompleto. Imò accidentia etiam animæ separatae, v.g. intellæctiones & volitiones, sunt in subiecto incompleto: ergo sunt substantiae.

Tertiò actiones substantiales sunt in subiecto completo, & tamen sunt aliquid substantiale: ergo substantiae possunt esse in subiecto completo.

Dicendum tamen est, conceptum substantiae proprium esse non esse in alio tanquam in termino, vel tanquam subiecto completo: conceptum autem accidentis inhæreter alteri tanquam termino, vel tanquam subiecto completo. Negant explicationem hanc voce tenus quidam Recentiores, qui tamen in eam postea recidunt, ut patet ex statim dicendis.

Obserua igitur, duplicitate posse aliquid esse in subiecto;

Subiectū subiecto: primō ita ut ex incompleto faciat completum sic enim forma materialis est in materia, cum a facit unum compositum; hoc est esse in subiecto incompleto. Subsistētia v.g. est in subiecto incompleto, quia sic est in subiecto, ut pertineat ad eius constitutionem. Idem dico de vniōne. Secundō aliquid esse potest in subiecto ita ut cum eo non faciat unum per se, neque pertineat ad illius constitutionem: hoc est esse in subiecto completo. Nam albedo v.g. quamvis sit in materia, tanquam in subiecto inhalationis incompleto, subiectum tamen denominationis illius est compositum, ad cuius constitutionem non pertinet. Dixi ergo conceptum substantiae proprium esse independentiam a subiecto completo; conceptum vero accidentis esse dependentiam ab huiusmodi subiecto.

Probatio assertio-

Ratio est, quia communiter definitur substantia, *Ens per se subsistens*; accidens autem, *Enis ens*; id est existens in alio: sed esse per se subsistens, est non existere in alio completo: ergo substantiae proprius conceptus est non existere in alio completo. Deinde, quidquid communiter dicitur substantia, est independens à subiecto completo; quidquid autem dicitur accidentis, à tali subiecto dependens est: ergo recte distinguuntur substantia potest ab accidente per independentiam à subiecto completo. Probatur antecedens. Substantiae omnes completae simplices, Deus & Angeli, nullum subiectum habent, nec materia prima vel anima rationalis. Tota difficultas est de formis materialibus, & de modis, quos appellamus substantiales, vniōne v.g. substantia, & aliis, quae sunt haud dubie in subiecto; sed probo non esse in subiecto completo.

Forma materialis est in materia tanquam pars in comparatione, faciens cum ea unum completum: ergo non est in subiecto completo. Deinde forma substantialis non habet subiectum ullam denominationis: ergo non habet subiectum completum. Vno vero pertinet ad constitutionem totius completi, & substantia est complementum ultimum naturae: ergo non sunt in subiecto completo. Continuitas vero, quantitas, calor, &c. præter subiectum inhalationis, quod est materia, subiectum habent denominationis, quod est ipsum compositum: ergo habent subiectum denominationis.

Deinde nullo alio modo explicari commodè potest distincionem accidentis à substantia. Verbi gratia volumen nonnulli substantiam appellant id quod est de primo constitutio rei; rem autem vocant, quæ vulgo & absolute res dicitur, *v. homo, leo, equus*. Alij malunt dicere illud esse substantiam, quod constituit primam rem. Appellant autem primam rem, id quod primò & per se intendit à natura, vel quod primò & per se existit, vel quia est radix ceterorum. Verum recidunt illa in explicationem quam attuli; nam esse constitutio rei, aut prima rei non aliud est quam esse independens à subiecto completo. Vnde nec discedendum fuit à communione, quæ substantiam vocat communiter ens subsistens, id est independens à subiecto completo.

Solutio dubitationis.

Ad primam respondeo subiecti completi nomine intelligi illud, quod non ordinatur ad compositionem alterius entis per se; nomine autem entis per se intelligi ens, quod est unius essentiae, non intelligi autem totum substantiale, alioqui pateretur principium. Accidentia sunt in materia incompleta tanquam in subiecto inhalationis, sed habent præterea subiectum completum denominationis, totum videlicet substantiale,

A tiale, quod non habet ullam substantiam, vel aliquid, quod dicatur substantiale. Subsistētia cum sit complementum substantiale totius compositi, non est in subiecto denominationis completo.

Ad secundam responsio patet ex dictis; nam accidentia materialia dixi esse in subiecto inhalationis incompleto, sed in subiecto completo denominationis: accidentia animae separatae sunt actu & præternaturaliter in subiecto incompleto, conaturaliter autem & exiguum sunt in subiecto completo.

Ad tertiam respondeo actiones substanciales esse mera accidentia in predicamento actionis, quia ita sunt in subiecto, ut non sint de illius constitutione, ideoque sunt in subiecto completo.

SECTIO II.

Quid sit substantia, & qualis sit effectus eius formalis.

Hæc vitaque quæstio veteribus Philosophis prorsus incogita, Christianis autem Doctrinibus obscurissima fusa à me disputata est in tractatu 7. Theologico, qui est de Incarnatione Domini Verbi; quia ex illo potissimum mysterio innotuit discriben aliquid esse inter hypostasis & naturam. Breuiter igitur hic controvèrsiam hanc texo, & paucis ea commemooro, quia ibi plene traxi.

Certum igitur primò est, supponendum hic in primis esse vnum istarum vocum, *natura, substantia, hypostasis, suppositum*. Primo enim nomine natura, quam Graci vocant *essere*, notandum est significari essentiam ipsam rei, & existentiam, seu id quod definitione ipsa explicatur. Subsistētia significat interdum aliquid postivum & reale, non autem fictum; sic enim chimera dicitur non habere substantiam. Vulgo autem dicitur substantia, *sunt* aliquæ essendi per se, quæ inherentes opponuntur propriæ accidentium. Hypostasis sumitur non ratiō pro concreto ipso ex natura & modo illo effundi proprio accidentium; alias autem solidi significat abstractum, seu ipsum modum substantie, id est terminum ultimum & complementum naturæ. Suppositum propriè significat compositum illud, quod resultat ex natura & substantia, id est primam substantiam completam & terminatam modo illo substantiali. Persona differt à supposito *Natura* tanquam minus vniuersale à magis vniuersali; suppositum enim dicitur de quibuslibet substantiis, personæ nomen solis tribuitur substantiæ ratione prædictis: significat enim primò quodlibet individuum naturæ rationalis completum & incommunicabile alteri supposito, definiturque optimè à Boëtio, *Rationalis naturæ individua substantia*; id est perfectum individuum, quod unitatem, indutioinem, & incommunicabilitatem omnino exigit.

E Personalitas autem significat substantiam rationis naturæ, quam eleganter vocat S. Hilarius, *re ipsius naturæ*.

Certum secundò est, totam hanc controveriam in eo versari, vrum substantia illa, seu hypostasis, & personalitas naturæ singulari aliquid superaddat, utrū vel ratione, vel etiam te distingueat. Quod si aliquid superaddat, vrum illud non sit aliud, quam negotio quædam communicabilitatis, an vero sit politicum aliquid distinctum à natura; & demum si sit aliquid præter naturam, qualis sit effectus eius formalis, quem naturæ confert illam complendo & terminando.

Statuebam

Quæst. II. Sect. II. de Subsistentia. 673

Subsistens
superaddit
aliquid na
tura.

Statuebam autem primum, subsistentiam necesse fari superaddere aliquid naturæ singulari: quod satis periculosè negatum videtur à Durando in 1. dis. 3. q. 1. n. 15. vbi docet suppositum & naturam in creatis non distinguere nisi penes modum significandi abstractum & concretum; vult enim naturam significari per modum abstractæ, suppositum autem per modum concreti, licet in re sint idem, sicut ens & entitas: sed hoc positis mysteriis Trinitatis & Incarnationis dicit nullo modo posse.

Prima pro
batio.

Ratio erat primum, quia natura diuina præcisa per intellectum à personalitatibus, non est suppositum & persona: ergo suppositum dicit aliquid præter naturam, alioqui si natura & persona idem sunt, sicut in Deo sunt tres personæ, sic erunt tres essentiæ & naturæ: & sicut una tantum in Deo est natura, sic erit una tantum persona: & ne dicas hoc in Deo verum esse, non autem in naturis creatis.

Altera pro
batio.

Ratio erat secundum, quia si homo & humanitas different solùm in modo significandi, adeò ut homo nihil adderet humanitati, esset omnino idem in Christo humanitas & homo; & sicut verum est dicere, *Homo est Deus*; verum etiam esset dicere, *Humanitas est Deus*; quod erroneum est. Deinde cum in Christo duplex sine dubio sit natura, duplex etiam in eo esset persona: nam sanctissima Christi humanitas totum haberet unita Verbo, quod haberet, si non esset unita; nihil enim decet illi etiam ratione distinctum: ergo Christus, sicut subsistentiam haberet diuinam, haberet etiam humanam; qui error est Nestorius. Quomodo ergo dicitur, quod humanitas est sine propria subsistentia, si subsistentia formaliter est humanitas.

Instantia.

Dices, hominis essentia est eius propria definitio: sed definitio solam continet naturam: ergo essentia hominis solam continet naturam: ergo etiam homo nihil est quam natura, v. g. Petrus nihil est quam compositum ex hac materia & hac forma.

Respondeo verum esse quod sola natura est de essentia hominis; subsistentia enim non est illi essentialis, cum ab eo etiam separetur. Petrus nihil est quam compositum ex hac materia, & ex hac forma, si hæc materia, & hac forma significat materiam & formam cum subsistentia; si autem significat solam materiam & formam sine subsistentia, Petrus est aliquid præter materiam & formam.

Non est sola
negatio su
peraddita.

Statuebam secundum, subsistentiam superaddere nature veram entitatem modaliter realiter ab ea distinctam, non autem solam negationem communicabilitatis apertitudinalis aut actualis. Contra Scotum in 1. dis. 23. quest. unica, & in 3. dis. 1. q. 1. art. 3. cui plures nunc ex Recentioribus adhæsere, rati esse inutile tot modalitates multiplicare. Sed contra eos

Prima ratio
ex mysterio
Trinitatis.

Ratio efficax primum ducebatur ex mysterio Trinitatis; nam diuina personalitates, prout distinguuntur virtualiter à essentia, & realiter inter se, sunt conceptus verè positivi superadditi essentiæ, non autem sola essentia, prout connotat negationem: ergo etiam in creatis personalitas non est sola natura cum connotatione negationis. Consequentia est evidens, quia conceptus personalitatis est aliquid commune Deo & creaturis, sicut conceptus substantia communis est. Probatur antecedens. Si personalitas diuina essentia R.P. de Rhodes curf. Philosoph.

A superadderet solùmmodo negationem, sequeretur diuinæ personas non differre inter se nisi connotatiæ, ac negatiæ; atque ita illæ non essent inter se positivæ entia distinctæ; non enim distinguenter secundum id quod personalitas diceret in recto; nam illud sola esset essentia communis: distinguenter ergo dumtaxat secundum id quod connotat personalitas in obliquo, quod vis solam esse personalitatem: ergo diuina persona negatiæ solùm distinguenter. Deinde personalitates diuinæ, vt probabam trah. I. dis. 6. de Trinitate, non solùm realiter, sed etiam formaliter sunt processiones, & relationes, quas certum est non esse solam essentiam & negationem. Denique personalitas Patris habet aliquid posteriorum, quod non habet personalitas Filii, & Spiritus sancti: sed per te personalitas Filii dicit essentiam cum connotatione negationis: ergo personalitas Patris dicit aliquid positivum præter essentiam, & connotationem negationis.

B Secundum ratio præfertim ducebatur ex mysterio Altera ratio, Incarnationis, vbi necesse est sanctissimam Chri. ex mysterio Incarnationis, & subsistere per hypostasim diuinam, cui est unita substantialiter. Certum videlicet est ex fide, quod Verbum diuinum assumptum humanitatem, & non assumptum personalitatem: ergo certum est personalitatem esse aliquid separabile ab humanitate: non potest autem fieri quod illud separabile sit sola negatio unitonis, alioqui totum illud reale, quod dicit personalitas creata, esset in Christi humanitate; sicut quando duæ gutte aquæ unitæ sunt, tota realitas carum eodem modo est ac prius, etiam desinat esse tota. Sequentur etiam, quod Verbum non magis esset persona, quam humanitas; quam tamen constituit in ratione persona, quia esse personam, est habere negationem unitonis: Verbum unitum humanitati, non magis habet negationem unitonis quam humanitas: ergo Verbum non magis est persona quam humanitas. Deinde si personalitas solam superadderet negationem, humanitas Christi aliter penderet à Verbo diuino, quam à proprio supposito; si enim penderet à proprio supposito, penderet solùm à negatione; pendens autem à Verbo diuino, non perdet solùm à negatione: ergo aliter penderet à Verbo, quam penderet à proprio supposito: hoc autem absurdum est; quia Verbum diuinum facit humanitatem esse personam diuinam, sicut propria personalitas faceret illam esse personam humanam.

C Quid obiciunt aduersarij, esse superfluum modum illam subsistentiæ positivum, cum possit sufficiant aduersarij explicari per solam negationem. Sed probations, quas attuli, satis ostendunt eius necessitatem. Præcipua tamen difficultas perit videtur ex formalí effectu modi huius superadditi, quem variè omnino explicant Authores, sed parum probabiliter. Volunt alij, proprium illius minus esse, vt Difficultas naturam reddat independentem à subiecto; quod circa fortamen sufficienter habere potest per creationem, malem effe per quam sit independens à subiecto. Alij malunt, effectum subsistentiæ proprium esse redere naturam incomunicabilem alteri supposito. Sed haec est petitio principij, quia queritur quid sit suppositum. Adde quod prius est naturam esse in se completam, quam illam esse incomunicabilem: ergo incomunicabilitas illa est aliquid posterius, quam subsistentia, sicut calor reddit subiectum in quo est

L L 1 incapax

incapax frigoris; sed ille tamen non est effectus A formalis caloris; quia prius est subiectum esse caridum, quām esse incapax frigoris. Alij dicunt, propterū esse substantia, completere ultimā naturam, & illam terminare, adē ut in se sola existat, neque alio indiget substantiae. Verū hoc etiam est obscurum, quia si natura completeret per substantiam, dicendum est: quānam perfectio illi deest substantia, id est in quo sit incompleta; non enim completeret si non sit incompleta; non dicitur autem hactenus quale sit complementum illud, quod accedit naturae per substantiam, per quam dicitur completi. Denique non solvant difficultatem qui volunt naturam accedente substantia fieri aliquid totum; sic enim anima separata non est substantia, & tamen Christi anima in triduo mortis subsistebat in Verbo: & humanitas separata non egeret modo substantiaz, quod reiectum est; posset enim dici esse aliquid totum.

*Qualis illa
fit.*

Statuebam igitur tertio, formalem effectum substantiaz propterū esse, quod sit habens naturam tanquam subiectum denominationis, & rectum omnium prædicatorum, quibus natura in concreto significatur. Quod eo loco fuisse traditum obiter, solum hic indico, non reperio.

Ratio igitur est, quia omne quod habet rationem formæ, necessariò habet subiectum aliquod à quo habeatur, & per quod fiat hoc. Si enim est forma, determinat necessariò aliud: ergo debet haberi ab eo, quod determinat. Subiectum autem aliud est in hæzis, aliud denominationis. Primum dicitur illud, quod recipit aut substantiat formam: alterum est quod non vnitur formæ, recipiendo vel sustentando, sed subiiciendo se omnibus eius denominationibus, tanquam rectum omnium concretorum, quae illam significant.

Constat autem ex mysteriis, tum Trinitatis, tum Incarnationis, naturam substancialē seorsim sumptam esse quandam velut formam suppositi, & actum quandam determinantem aliud à quo habetur; propterea certum est, illam esse obliquum in omnibus concretis, in quibus illa semper dicitur haberi; substantia vero est habens naturam ut propriam quidditatem; est enim rectum in omnibus concretis, id est subiectum quod supponitur omnibus denominationibus, quibus natura significatur ut totum, & integrum concretum. Hoc videlicet naturæ deest si sumatur seorsim ab hypostasi, quod non habeatur, ac proinde significari non possit ut totum concretum; deest enim ipsi rectum, quandiu abest hypostasis ipsam habens: hoc est esse subiectum denominationis: ergo totum munus, quod in composito metaphysico exercet substantia, est quod sit subiectum denominationis naturæ, id est rectum omnium denominationum, quae in concreto illam significant. Sed hæc exposui fusiū citato loco.

Statuebam quarto, substantiam esse modum superadditum naturæ, non autem entitatem distinctam realiter: contra Cajetanum, quem sequuntur Hurtadus & Ariaga.

Ratio est, quia per solam entitatem modalem sine maiori vlla realitate satis explicari potest mysterium totum Incarnationis, ad quod satis est quod substantia separabilis sit à natura. Deinde non est maior ratio, ut inherentia sit modus potius quam substantia; sicut enim sine accidente conservati non potest inherentia, & mo-

tus sine mobili; sic absque re substantie conservari substantia non potest. Denique si non est modus, vel est substantia, vel accidentis. Non primum, quia non est substantia completa, non patet; nec incompleta, quia omnis substantia incompleta est materia vel forma. Nec est etiam accidentis, quod esse non potest constitutum substantia.

Obicitur primò. Non videtur implicare aliqua natura creata, quæ sit identificata sive substantia: ergo naturæ quæ nunc sunt, nullo egeno modo superaddito ut substantia.

Respondeo probabiliter Suarem dis. 34. scilicet 6, censere, quod omnis huiusmodi natura identificata sive substantia implicat; sed verius tamen extimate Valentiam, quod nulla videtur repugnare in existentia huiusmodi creature, quae dubio si existeret, nullo modo assumi posset à diuina persona. Nunc autem quia ex assumptione humanitatis Christi Domini euidenter colligitur distinctio naturarum omnium existentium ab hypostasi, cum omnes assumi possint, acce ade spoliari propria substantia, dicere tenemur substantiam esse distinctam à naturis quibuslibet existentibus; sed non tenemur dicere illam magis distinctam esse, quām modaliter.

Obicitur secundò. Sicut probatum est, substantiam esse aliquid superadditum naturæ creata, non autem esse dumtaxat negationem, quia diuina hypostases non sunt solum negationes; ita dicere consequenter tenemur substantiam non esse solum entitatem modalem, quia diuina personalitates non sunt modi tantum.

Respondeo negando hanc consequentiam; si enim diuina personalitas esset aliquis positivum naturæ superadditum, creata vero hypostasis esset solum negatio, non posset dari conceptus unus substantiae communis Deo & creaturis; enti enim & non enti nihil datur commune. Posset autem dari conceptus substantia communis Deo & creaturis, si positiva sit virtus substantiae, quamvis creata hypostasis sit entitas modalis.

Obicitur tertio, Deus non potest suppleret formalem effectum formæ, quia effectus ille formalis est aliquid incompletum; sed effectus substantia modalis non minus est aliquid incompletum: ergo ille non magis suppleri potest à Deo quam effectus formalis forma. Deinde superpositum in composito metaphysico habet rationem materię; recipit enim naturam, id est subiectum denominationis: sed nullus modus est recipientis modificati: ergo substantia non est modus.

Respondeo effectum formalem formæ suppleri non posse sine imperfectione, quia esse formam, est esse partem entis per se, ac proinde incompletam. Modus autem substantiae suppleri potest per aliquid completum, quia licet ille secundum rationem communem modi sit aliquid incompletum, non est tamen aliquid incompletum secundum rationem propriam substantiae, que propterè potest suppleri per aliquid completum. Verum est, quod in composito metaphysico superpositum habet rationem materię, non quod vero recipiat naturam, sed quod concipiatur quasi eam recipere, & esse quasi basis totius esse substancialis. Addit denique Hurtadus, omnem modum esse determinationem rei ad aliquid, substantiam autem non esse determinationem naturæ ad aliquid, cùm potius sit terminus.

Natura substan-
tialis
habet ratio-
nem formæ.

Substan-
tiam esse
modum.

terminus ultimus naturæ: unde infert substantiam non esse modum. Verum nihil concludit hoc argumentum, in quo primum negatur substantiam non esse determinationem naturæ ad aliquid, cum illam determinet ad existendum completere. Deinde falsò censet Hurtadus, modum necessariò esse illud omne, quod alterum determinat; manifestum enim est, quod omnis forma, tum substantialis, tum accidentalis, determinatio est formalis rei alicuius ad aliquid.

SECTIO III.

Quotuplex in quolibet supposito sit substantia.

DE supposito Angelico, cuius simplicissima natura est, dubitatio esse non potest; si enim in natura non potest illa esse compositio, neque illa esse potest etiam in supposito. Tota ergo contraria est de substantiis compositis ex materia, & forma; utrum unica sit indivisa substantia totum afficiens compositum, an vero duas partiales; una in materia, & altera in forma. Hoc enim queritur primum de composito humano, secundò de compositis pure materialibus.

S. I.

Vnum in composito humano una sit simplex hypostasis.

Quadruplex dubitatio.

Ratio dubitandi primò est, quia si plures essent personalitates in homine, homo esset plures personæ partiales; personalitas enim est forma personæ: sed non potest Petrus dici plures personæ humanæ partiales: ergo non sunt in homine plures personalitates partiales.

Secundò substantia est forma ultimè terminans naturam, & reddens illam incomunicabilem alteri; sed solum compositum est incomunicabile; materia enim communicatur forma, forma communicatur materia per unionem: ergo solum compositum habet substantiam, non autem illius partes: ergo unica est in toto composite substantia.

Tertiò proprius effectus substantiarum non est aliud, nisi facere id quod afficit aliquid totum, sive hoc aliquid: solum compositum est aliquid totum, partes autem non sunt aliquid totum: ergo solum compositum conuenit substantia, non autem illius partibus.

Quarto, si altera esset substantia in corpore, altera in anima, deberet etiam virtusque unitio partiale habere substantiam; nam unitio etiam est aliquid verè substantiale: hoc autem non admittitur: ergo in toto composite humano unitum substantia est.

Conclusio negans effectus substantiarum.

Dico primum, esse in composite humano substantias duas partiales, unam in corpore, alteram in anima; nullo autem modo posse dici, quod unita tantum sit substantia totum afficiens compositum. Ita docent Suarez, Valentia, Hurtadus, contra Molinam, Vasquez, Arriagam, Cunigam.

Ratio est, quia implicat ut eadem entitas modalis afficiat intrinsecè duo modificata distinctas, ut probabam agens i. *Physic.* de visione materiae
R. P. de Rhodes curs. Philosoph.

A & formæ; altoqui per eandem actionem fierent plures effectus, per eundem motum mille mouerentur homines. Deinde illa substantia unica, vel esset corporea, & sic afficerem non posset animam immaterialem; vel esset spiritualis, & sic non posset afficerem materiam corpoream: sed materia, & anima rationalis verè subsistunt: ergo habent duas substantias partiales distinctas. Probatur materiam, & animam rationalem subsistere, quia creatio terminatur ad rem substantiem: ergo cum materia & anima rationalis crecentur, necessariò etiam subsistunt. Deinde res quæ ita est in se, ut à nullo sustentetur, est necessariò substantia: creatio est productio rei, quæ à nullo sustentatur: ergo est productio rei substantia. Imò quilibet pars aquæ revera est substantia per substantiam sibi propriam distinctam à substantia alterius partis: ergo esse substantia potest conuenire partibus, & non toti composite; quod patet etiam in anima rationali, quæ à corpore separata veram habet substantiam, & tamen est incompletum. Denique Verbum Divinum per duas unitates distinctas unitum sibi corpus & animam, que in morte Christi verè fuerunt separata inter se, & manferunt tamen unitam diuinum Verbo: ergo corpus & anima etiam separata subsistunt. Imò post resurrectionem duas illæ partes habentes unitatem, & illam secuentes, unitæ sunt: ergo res substantia potest unita.

B Ad secundum respondeo nomen hypostasis & Solutions difficultatum.

personaliter non solere attribui nisi suppositis complevis, seu partibus prototypis, sicut anima non dicitur semi-homo, quamvis sit pars hominis; quia nomen *homo*, significat aliquid totum; substantiam vero significare substantiam quamlibet etiam in completam. Si ergo propriè loquamus, & secundum communem usum, non sunt substantia plures in homine, nec plures personæ partiales: si autem personalitas sumatur pro substantia, sunt revera in homine duas partiales personalitates, & duas partiales personæ; sed impropria erit hæc loquutio.

Ad secundam respondeo aliam esse incomunicabilitatem rei alicuius ad totum, aliam incomunicabilitatem ad suppositum alienum: substantia reddit incomunicabilem ad suppositum aliquod sustentans, non reddit incomunicabilitem ad totum: nam duas guttas aquæ subsistunt, ut dixi: solum compositum est incomunicabile alteri ut toti; partes autem illius esse possunt incomunicabiles alteri ut supposito alieno.

Ad tertiam satis ex dictis constat, proprium effectum substantiarum non esse reddere aliquid totum, iravæ sit incomunicabile composite, sed tantum supposito alieno. Satis enim est, quod substantia naturam, quam afficit, reddat concretam, habendo illam tanquam rectum omnium denominationum, quibus illa significatur in concreto. Partes autem compositi revera concretes sunt, non autem abstractæ; nam materia pars est hominis, non autem solius humanitatis.

Ad quartam respondeo nullam esse necessariam partiale substantiam in unione corporis, & animæ, ut probabam contra Delugo in tract. de Incarnatione, non enim est propriè substantia, sed modulus substantialis.

Probatio.

§. II.

*Vtrum in composito purè materiali una sit
simplex substantia.*

Fundamen-
tum negan-
tium.

Ratio dubitandi est, quia substantia est ratio existendi per se opposita inherentia: forma materialis verè ac propriè inhæret materia, tanquam subiecto inherationis; nugantur enim qui dicunt formam non inhæret, sed adhæret materia; certum enim est, formam materialem ita sustentari, ut sine illo fulcro nequeat existere: ergo forma materialis non habet rationem propriam substantiam.

Forma ma-
terialis ha-
bet propriā
substanti-
am.

Prima pro-
batio.

Dico secundò, formam purè materialem in composito physico habere propriam substantiam distinctam à substantia formæ. Contra Suarez, Hurtadum, & plures alios.

Ratio est, quia si forma materialis in composito physico propriam non haberet substantiam distinctam à substantia materia, sequeretur composita physica purè materialia non esse supposita completa, quod absurdum est. Probatur, quia suppositum integrum & compleatum debet habere substantiam integrum & completam: sed si forma propriam non haberet substantiam, composita purè materialia non habent substantiam completam; sola enim in illis adest substantia materia, quæ incompleta est, ut patet ex corpore humano, cuius substantia eiusdem rationis est ac substantia cuiuscumque alterius materiae; & est tamen haec dubie incompleta: ergo substantia compositi purè materialis incompleta est, si forma non habet substantiam distinctam à substantia materia.

Secunda.

Deinde concluditur etiam ex mysterio Incarnationis, formas materiales habere propriam substantiam; nam forma sanguinis Christi, cum non sit anima, est forma purè materialis: sed illa unita est diuino Verbo, & per illud substantia, ut suppono ex dictis iustit. 7. Theologico: ergo forma materialis unita est diuino Verbo. Atqui non aliter forma sanguinis diuino Verbo unita est, quam unita fuisset propria substantia creatæ, si eam non impeditus unitio ad Verbum: ergo forma sanguinis in nobis, & forma qualibet materialis partiale habet substantiam.

Tertia.

Denique non appetet, quomodo forma materialis sit magis substantia, quam quantitas; quia non appetet, quomodo magis per se substantia, si non habeat propriam substantiam.

Solutio rati-
o dubitan-
di.

Ad rationem dubitandi respondeo, distinguendo illam maiorem: substantia est ratio existendi per se opposita inherentia in subiecto completo, concedo; inherentia in subiecto incompleto, nego: quod enim inhæret subiecto incompleto, inhæret tanquam pars in compare; ideoque nihil vetat illud per se subsistere.

Quæstio-
num pri-
mum.

Quæritur primò, vtrum diuinitus conservari aliqua natura possit sine omni substancialitate.

Negat Suarez; sed probabilis tamen est, posse, quia non appetet illa ratio, quæ probet repugnare magis ut materia sit sine omni substantia, quam ut sit sine omni forma. Ostendit.

A sum autem est i. Physicorum, materialiam separari posse diuinitus ab omnibus formis.

Dices: Implicat ut quantitas terminata, sit intellectus diuinitus sine omni termino: ergo implicat etiam ut natura substantialis sit sine omni substantia, quæ terminus est natura. Similiter implicat ut corpus aliquod sit absque omni vocatione: ergo & sine substantia.

Respondeo, terminum quantitatis, & vocationem ex veriori sententia, quam elegi, Physicorum, nihil esse distinctum & superadditum quantitatim terminata, aut corpori vocatione; unde mirum non est, quod illa non possint separari, tum collective, tum terminatim.

B Imd si vera esset sententia, quæ ponit in quantitate puncta, per quæ terminetur, facile dicetur, posse quantitatem diuinitus esse sine termino positivo; & si verum esset, vocationem distinguiri à re vocatione, nihil mihi videtur absurdum dicere, posse aliquod corpus esse sine omni vocatione distincto per solam connotacionem spatii, cui coexistit.

Quæritur secundò, quænam sit causa productionis substantia, vtrum generans illam producat, an verè illa producatur per emanationem à natura eo modo, quo producuntur reliqua omnes proprietates.

C Respondeo vide ri mihi probabilius contra Suarez, substantiam non produci per emanationem ab ipsa natura, sed à solo generante. Ratio est, quia prius debet res esse in se completem constituta, quam operetur: substantia verè pertinet ad complementum ipsius substantiae. Deinde sicut accidens non producit suam inherentiam, sed illa producitur ab agente producendo ipsius accidentis, quod sine dubio producit accidens in subiecto; sic substantia non producit suam substantiam, præterea cum agens faciat rem existentem cum modo sibi conaturali, id est existentem completem.

Denique creatio terminatur conaturaliter ad rem substantiem: ergo etiam ad substantiam. Quamvis nihil mihi sit dubium, quin possit diuinitus terminari creatio ad naturam sine substantia, cum creari possit accidens extra subiectum sine modo substantie superaddito.

D Quæritur tertio, quomodo verum sit vulgatum illud axioma, quod actiones sunt suppositorum, de quo dixi fuisse in tract. de Intentione.

E Respondeo breuiter, sensum illius esse, quod actiones omnes, licet ab una sepe proveniant parte suppositi, tribuuntur tamen & denominant communiter totum suppositum constituentem ex natura & personalitate; dicitur enim homo videt, homo ambulat, intelligit. Ratio autem communis illius vobis loquendi est, quia personalitas est ultimum complementum naturæ: res autem debet esse completa proutque operetur; non est autem completa, nisi quando est suppositum: ergo actiones propriæ sunt suppositorum, etiam personalitas nullo modo sit principium illarum operationum.

QUESTIO

QVÆSTIO III.

De diuisione entis in decem prædicamenta.

Diuisio entis in substantiam & accidentem suppar, & subalternata quadammodo est celeberrima diuisione in categorias decem, in quibus veluti forulis & scrinii omnium entium digesta series vniuersam exhibet oculis creatarum rerum varietatem. Dedi eam in Logica rudiori dumtaxat monocromate delineatam, quantum satis erat ad declarandos intellectui thesauros, è quibus operationes suas omnes sine periculo erroris efformaret. Nunc illam ut plene tradam cum Aristotele, primò dicendum est in genere de diuisione illa entis in genera decem, quas categorias appellant: secundò de tribus primis categoriis: tertio de relatione: quartò de sex ultimis categoriis. Consideratio autem illa prior categoriarum in genere integra erit, si dicatur quid sit categoria, quid ens categoricum, deinde quænam entia ponî debeant in categoria, postremo quotuplex sit categoria.

SECTIO I.

Quid sit categoria, quid ens categoricum.

Nomen ca-
tegoriæ.

Certum est primò, nomen categoriæ significare propriæ prædicationem, seu enunciatiōnem; non quidem formaliter sumptam pro actu intellectus aliquid prædicantis, sed obiectiōnem pro ipsa re que prædicatur; ita ut idem sit *natura*, quod *naturæ*, seu prædicatum, id est id quod de aliquibus dicitur; idēque appellantur categoriæ vulgo prædicamenta.

Definitio
categoriarum.

Cerum est secundò, rectè definiti categoriam, Est series eorum que sunt sub aliquo summo genere: id est, collectio prædicatorum superiorum & inferiorum à summo genere usque ad individua. Volut nimis Philosophus, dum instituit categorias, diuidere ipsum ens in decem veluti classes, in quibus omnia continerentur, saltem crea-
ta, que rationem entis participant. Id ut posse assequi, decem genera constituit, que minus latè patenter, quam ipsum ens, & haberent singula sub se alia genera, species, & individua. Ideo categoria est dispositio & series eorum que sunt sub aliquo summo genere, id est sumnum aliquid genus sub quo multa sunt prædicata communia, quorum unum est sub alio, ut patebit ex dicendis de linea categorica. In quovis ergo prædicamento veluti materiali sunt res ipsæ, quæ prædicantur: formale autem est ipsa ordinatio in prædicata superiora, media, & infima, que habent eundem essendi, & prædicandi modum.

Difficultas verò esse potest, vtrum categoriæ assignatae ab Aristotele sint simpliciter summa genera; sic enim statuant Suarez, & Fonseca. Sed mihi tamen probabilius videtur cum Scoto, Vasque, Averro, decem illas categorias, quas assignauit Aristoteles, non esse summam genera simpliciter, sed tantum secundum quid. Quia R.P. de Rhodes curſ. Philoſoph.

A nomine generis, quod simpliciter sumnum esse dicitur, significatur genus illud, quod non est sub alio vello genere vniuoco. Patebit autem ex dicendis, quod accidentis vniuocè dici potest de nouem categoriis accidentalibus. Imò corporeum & spirituale conueniunt vniuocè, tum substantiæ, tum accidenti; potest enim corporeum de ambabus dici, & ab illis abstracti, & eodem modo spirituale præscindi potest. Igitur decem categorias non sunt summa genera simpliciter, sed secundum quid tantum, quatenus sub illis singulis alia sunt vera genera.

B Cetum est tertio, duas rectè distingui linæ categoricas; altera vocatur recta linea, & est series prædicatorum substantialium à summo genere per genera intermedia descendens usque ad individua, qualis ista est series: *Substantia, corpus, viuens, animal, homo, Socrates*. Altera vocatur linea transversa, seu lateralis; & sunt differentiae oppositæ, per quas genera superiora diuiduntur, & constituantur species, sicut: *Corporeum, incorporeum: animatum, inanimatum*; vnde fit ut tripliciter in prædicamento aliiquid dicatur ponî, directe, indirecte, reductiōne. Directe ponî, est ponî per se, non ratione alterius; & esse in recta linea categorica: huiusmodi sunt omnia, quæ de individuo prædicantur in quid. Indirecte ponî est ponî ad latus, & ratione alterius, ad cuius essentiam pertinet; sic enim ponuntur differentiae omnes diuisiæ generum. Reductiōne ponuntur ea, quæ non sunt essentialia generibus, aut speciebus, sed cum illis tamen coniuncta sunt. Et hoc saltē modo nihil est quod non ponatur in categoria, vt mox patebit.

C Tripliciter aliiquid est in categoria.

SECTIO II.

Quenam ponantur in categoria.

CVm tribus, ut dixi, modis aliiquid ponatur in categoria, de iis solùm h̄c queritur, que directe ponuntur; quid nimis exigatur ut res aliqua in directa ponatur linea categorica? Vbi primò difficultas est, quenam entia creata sic collocentur: deinde, vtrum ens etiam increatum in ea debeat includi.

§. I.

Quenam entia creata directe ponantur in prædicamento.

Dico primò, in prædicamento sola ponit entia realia; entia per se, vel per acci-
dens ordinata; entia completa, & concreta metaphysica: entia rationis, aggregata per acci-
dens, entia incompleta, & abstracta metaphysica, locum non habere in linea recta prædicamen-
tali. Quatuor igitur sunt conditions, ut vides, necessariæ ad locandum ens in prædicamen-
to.

Prima est realitas, quia prædicamenta diuini-
fiones sunt entis realis in plura genera; ens Realitas:
autem rationis pertinere non potest ad diuini-
fiones entis realis: ergo nec ad prædicamenta. Imò categoria est aliiquid commune vniuocum;
patet autem, quod enti reali, & enti rationis
nihil est commune vniuocum.

L L I 3 Secunda

678 Philosophiæ Peripat.Lib.IV.Disp.IV:

Ens per se.

Secunda conditio, ut sit ens per se, vel certè ens ordinatum per accidens. Ens per se dicitur illud, quod non habet nisi unam essentiam unius praedicamenti, ut *homo*. Ens per accidens illud est, quod coalescit ex pluribus in suo genere completis, ut acerum lapidum: vel quod constat ex rebus diuersorum praedicamentorum, ut homo albus constat ex substantia & qualitate. Rursus autem ens per accidens aliud est ordinatum per accidens, quod constat ex rebus habentibus aliquem ordinem inter se, ut scientia totalis; aliud aggregatum, quod constat ex rebus completis nullum habentibus inter se ordinem, vel ad aliquid unum, ut acerum lapidum. Itaque aggregatum per accidens cum non sit propriè unum ens, sed simpliciter plura entia, non potest esse ratione sui, sed tantum ratione partium in categoria; alioquin esset infinitus numerus categoriarum, cum innumeris fieri possint aggregata per accidens; si enim unus, dominus, exercitus, ciuitas diuersa essent praedicamenta. Ens autem per accidens ordinatum est revera unum, quales sunt habitus, species impressæ, & alia huiusmodi; id est sunt in praedicamenta.

Instantia.

Instabis, domum, ciuitatem, nauim, exercitum, esse entia per accidens per se ordinata, cum habeant unam definitionem: sunt autem inter sex categorias aliqua sine dubio entia per accidens, constantia ex rebus diuersorum praedicamentorum; habitus enim constat ex panno, & tali figura. Imò quantum, & quale sunt entia per accidens ab Aristotele numerata inter categorias.

Respondeo entia per accidens ordinata per accidens non ponit ab Aristotele inter categorias, quia illa esse possunt innumeris: sed entia dumtaxat per accidens per se ordinata locum habere in categoris, nimirum ea quae non ex sola voluntate hominum, sed ex sua natura ordinem habent. Domus autem, ciuitas, exercitus, per solam hominum voluntatem ordinata sunt; non autem habitus & species, etiamscientiarum distinctio ad hominibus sit adiuncta. Nulla ex sex ultimis categoriis est ens per accidens, neque constant ex rebus diuersorum praedicamentorum, quia non sunt praedicamenta nisi secundum id quod superaddunt aliis praedicamentis. Quantum & quale nego esse praedicamenta, sed quantitatem & qualitatem.

Ens comple-

Tertia conditio categoriarum est ut sint entia completa. Dicitur autem ens completum illud, quod non ordinatur ad constitutionem entis per se, vel certè de illo in quid praedicatur. Duo enim genera sunt entis completi: aliud simpliciter est completum, seu physicè, quod ad nullius entis per se constitutionem pertinet, ut *hic homo, hic albedo*; nam etsi utrumque possit esse pars entis per accidens, neutrum tamen potest esse pars entis per se, id est unius essentia. Aliud est ens completum dumtaxat secundum quid, seu metaphysicè, quod praedicatur in questione *quid est*, de eo quod est ens completum, ut *animal*. Vbi aduertere, sola individua esse entia simpliciter completa, quia non ordinantur ad constitutionem ullius entis per se, ad quam tamen alia qualibet entia ordinantur. Ens incompletum dicitur illud, quod ordinatur ad constitutionem alterius entis per se, vel de eo non praedicatur in quid: huiusmodi sunt partes compositi physici, materia & forma, partes integrales, differentiae omnes diuisu generum, quae non praedicantur in quid. Sola

A igitur entia completa, vel simpliciter, vel secundum quid locum habent in categoriis; quia illa sola in recto, & in quid praedicantur de individuis.

Instabis, videri omnino, quod differentiae non sunt minùs entia completa, quam genus, quia æquæ sunt tota potentialia, & praedicantur ut tota, cum abstractantur abstractione uniuersali.

Respondeo necesse esse ad rationem entis completi, ut praedicetur in quid de inferioribus, alioqui etiam abstractantur abstractione uniuersali, non est tamen totum potentiale, nisi materialiter, & per accidens, quia est totum connotatum, quod dicit totum ut subiectum; atque adeò praedicatur ad modum accidentium; huiusmodi vero sunt differentiae. At vero genus est totum potentiale formaliter & per se, quia est totum absolutum, quia praedicatur in quid, & non dicit totum per modum subiecti. Differentia ergo dicit totum, sed materialiter, & tanquam accidentis; genus autem dicit illud formaliter, & per se, licet potentia & confusa.

Quarta conditio entis categorici est ut sit concretum, vel certè ut non sit abstractum metaphysicum, cuiusmodi sunt animalitas, coloritas; quia scilicet in praedicamento substantia sola ponuntur concreta, animal v. g. non animalitas: nam abstracta substantialia simpliciter incompleta sunt, cum sint partes entis per se, totus numerum substantialium, quod necessariò dicit essentiam & suppositum: abstracta non dicunt suppositum: ergo incompleta sunt, atque adeò non sunt categorica. Neque par est ratio de praedicalibus, in quibus ponuntur abstracta substantialia; cum hec v. g. praedicatio sit specifica, *Hac animalia est animalitas*. Dispar, inquam, ratio est, quia in praedicamentis quæcumque ponuntur, completa sunt, non quæcumque ponuntur in praedicalibus.

In praedicamentis vero accidentalibus non ponuntur concreta, quae sunt entia per accidens, ut metaphysica; neque abstracta metaphysica; sed sola abstracta physica: v. g. non ponitur coloritas, sed color. Abstractum metaphysicum est forma, quæ præcisè in suo conceptu excludit omne contrahens, v. g. albedinetas. Abstractum physicum illud est, quo significatur forma abstracta subiecto, non tamen à differentiis specificis, quae includit, ut sunt color, qualitas, quantitas; color enim licet nullum dicat subiectum, confitit tamen dicit colores omnes. Hæc abstracta non possunt esse nisi accidentia, neque sunt purè abstracta, cum significant formas contrahentes; neque purè concreta, cum aucta quadammodo sint à subiectis; sed praedicari tamen possunt in inferioribus: dicitur enim, *Albedo est color*: quod non habent abstracta metaphysica; non enim dicitur, *Animalitas est humanitas*. Cum ergo abstracta physica completa sint, ponit debent in categoria, non autem abstracta metaphysica.

Instabis. Ideo albedo est completa, quia constat ab eo genere & differentia, humanitas constat ex genere & differentia: ergo humanitas est ens completum. Deinde ens categoricum praedicari debet de individuo directè, quod est prima substantia abstracta accidentium non praedicantur de prima substantia, sed sola concreta: ergo sola concreta ponuntur in categoria, non autem abstracta.

Resp. albedinem non ideo tantum esse comple-

tam

Quæst. III. Sect. II. de Categor. 679

ram, quia constat ex genere & differentia: sed quia licet ordinetur ad componendum ens per accidens, non ordinatur tamen ad componendum ens per se. Humanitas autem licet constet ex genere & differentia, incompleta tamen est, quia ordinatur ad componendum ens per se. Deinde nego ens categoricum praedicari necessariò debere de prima substantia, sed satis est quod ordinem dicat ad primam substantiam. Etiam si verum sit quod per modos praedicandi de prima substantia colligatur a posteriori numerus praedicamentorum.

§. II.

Vnum ens increatum sit in predicamento.

Sensus controversie huius inter Scholasticos celeberrima, iste solum esse potest, utrum Deus sit sub genere aliquo vniuerso, quod praedicari possit in quid, tum de Deo, tum de creaturis: sive, quod idem est, utrum Deus habeat genus & differentiam, ex quibus tanquam ex partibus metaphysicis componatur.

Triplices dubitandi rationes.

Ratio ergo dubitandi est primò, quia illud est verum genus commune Deo & creaturis, quod praedicari potest in quid de Deo, & de creaturis: ratio substantia, & ratio spiritus, huiusmodi sunt: ergo illa sunt genera communia Deo & creaturis.

Secundò substantia praedicamentalis non est aliquid vniuersum, sed analogum; nam corporeitas & spiritualitas cum sint formaliter aliquid substantiale, non autem accidentale, includunt rationem substantiae, quæ proinde ab illis non abstrahit, neque vniuersa dici potest: ergo ut Deus sit in praedicamento, non requiritur vniuersatio.

Tertiò illa sunt vniuersa, quæ sunt omnino eadem in aliqua ratione significata per nomen: sed Deus & creatura sunt omnino idem in ratione substantiae abstractæ: ergo ratio illa substantiae communis est respectu Dei & creaturae.

Dico secundò, Deus, & omnia quæ in Deo sunt, in nullo prouerso esse praedicamento, atque adeò nullum in eo esse proprium genus, nullam propriè dictam differentiam; sed solum & purissimam essentiam, in se solitariam, & ab omni creaturam rerum societate omnino liberam. Ita docent cum S. Thoma i. part. quæst. 3. art. 5. Theologi ferè omnes, quibus etiam præiuste plurimi sancti Patres: v. g. expressissime Augustinus lib. de cognitione vera vita, cap. 3. Clemens Alexandrinus lib. 3. Stromarum, cap. 5. probans Deum esse ineffabilem, Cassiodorus in P. Fabri 2. Anselm. in monog. cap. 26. & alij mox citandi.

Infinitas.

Ratio enim primò est infinitas ipsa Dei: ens enim omne categoricum constat ex genere & differentia, quod est simpliciter infinitum: infinitas Dei non constat ex genere, & differentia: ergo illa non est ens categoricum. Probatur minor; si enim ens simpliciter infinitum constaret ex genere & differentia, vel solum genus esset infinitum essentialiter, vel differentia sola, vel utrumque, vel neutrum. Si genus est infinitum: ergo includit differentiam. Si differentia: ergo includit genus, quod absurdum est; infinitum enim includit omnem perfectionem. Si utrumque infinitum est: ergo se invicem includunt. Si neutrum: ergo Deus non est infinitus essentialiter; ex finitis enim fieri non potest nisi finitum.

A Hanc autem rationem videtur indicate voluisse S. Maximus apud Cypariss. decade 10. cap. 8. *Nihil est, inquit, eorum quæ sunt, non circumscripsum; quoniam neque liberum à praedicamento: sicut Deus est extra praedicamentum, & idcirco ab omni circumscriptione liber, ut pote infinitè in infinitum celsior omni substantiæ, & mente, & ratione, & intelligentiæ.* Et Cyrius lib. 1. de Trinitate. Omnia sub genere & differentia diuinitas non est.

Secunda ratio est actus puritas. In Deo nulla est potentia receptiva, etiam per rationem: sed omne genus, saltem per rationem recipit differentiam; genus enim est potentia, differentia vero est actus: ergo in Deo nullum est genus. Indò quidquid conuenit Deo, includit essentialiter esse actuale, alioqui esset in potentia ad esse: hoc non potest conuenire creaturae potentiali: ergo nihil commune potest esse, saltem vniuerso Deo & creaturis. Simile duci potest argumentum ex esse per essentiam, ratione cuius existentia est de intrinseco conceptu omnium quæ sunt in Deo; unde argumentum. Omnis ratio essentialis praescindens ab esse, non conuenit Deo: sed omne genus categoricum praescindit ab esse, alioqui non conuenit creaturis: ergo genus categoricum conuenire Deo non potest.

Terteria ratio est summa unitas Dei propria. Si Unitas

C Deus esset sub genere vniuerso categoriæ, natura Dei, eius esset vniuersalis, possetque de pluribus praedicari: consequens illud absurdum est; Deus enim est essentialiter unum, & individuum: ergo Deus non est sub categoria.

Quartò, substantia, quatenus communis est vniuerso Deo & creaturis, non est vniuersa; nam ad vniuersationem, ut sèpè monui, requiritur ut perfectè abstrahatur ratio communis à differentiis: ratio autem substantiae non potest abstrahi perfectè à differentia propria Dei, quæ includit essentialiter omnem perfectionem: ergo non est vniuersa Deo & creaturis.

Ad primam resp. Illud esse verum genus, quod in quid praedicari potest vniuerso Deo & creaturis, si autem in quid praedicetur solum analogice, non est verum genus categoricum, de quo loquimur. Ratio substantiae, ratio spiritus, & alia omnia, quæ conuenire Deo possunt & creaturis, non sunt nisi analogice communia.

Ad secundam respondeo, corporeitatem & spiritualitatem, cum sint solum differentiae incompletæ, non esse in praedicamento substantiae; quoniam enim substantia communis non est analogice, proptè abstrahit à substantia completa & incompleta; est tamen communis vniuersa, proptè significat substantiam completam, quæ sine dubio abstrahit ab omnibus differentiis.

Ad tertiam sèpè dictum est in superioribus; rationem communem vniuersam esse debere omnino tandem in statu rum abstractionis, tum contractionis; non sufficer autem ut sit eadem in statu abstractionis, ut patet ex dictis de conceptu entis. Esto igitur ratio substantiae, proptè est communis Deo & creaturis, esse potest eadem in statu abstractionis, sed in statu contractionis semper est diuersa, cum differentia Dei necessariò illam includat.

Deus igitur extra omnem est categoriam, & supra omnem id quod creaturis conuenire potest, ut pote in infinitum celsior omni substantiæ, & mente, & ratione, & intelligentiæ: praedicamenta

L 1 4 videlicet

videlicet classes sunt etiūm : proprium autem mediastinorum est vocari ad centū : nescit Imperatorum nomen classiariorum tributa persolue-re. Categoriarū carceres sunt, quorum nec dilatari angustia possunt, nec amplitudo imminui : sed infinitas contineri cūfodīa non potest, nec termino vlo claudi. Summa genera sunt categoriarū: omnīd sub genere & differentia diuinitas non est, inquit nuper Cyrillus. Poterit enim eiusdem nobiscum generis esse Deus, qui consors esse non potuit seruitutis ? Licuerit sanē Romano quondam laudatori, Traianū Principeū vnum vocare de multis. *Imperaurus omnibus*, inquit, *eligi debet ex omnibus*. At Principis Dei alia longē ratio est, quem vnum imperantem omnibus, summa vnitatis vnum esse vetat ex omnibus, summa puritas vnum esse negat de pluribus, summa infinitas vnum facit esse sine omnibus. Concludo cum Theoriano in legatione: Deus ultra substantialis est, & supra omnem positus essentiam, & si quid his vltius est.

SECTIO III.

Quotuplex sit categoria.

Divisionem entis in decem prædicamenta fecutum esse ingenij Aristotelici, multi asserunt cum Auertoe, alij Archytam Tarentinum primum auctorem esse celeberrimi huius numeri volunt cum Iamblico. Amplexi deinceps sunt denarium illum, & suo pretiosum suffragio effecerunt omnes eruditissimam Catholici Doctores, Augustinus in suis categoriis, Damascenus in Dialectica, Isidorus, & plures alij.

Sed reuocarunt tamen distinctionem hanc ad examen, & longo iam senio confirmatam auctoritatem, septem peccatorum mortalium ream suo iudicio condemnarunt iuniores quidam Philosophi, parum fortasse attentes quot Doctores, in dō quo soles, suo illo austero, ne dicam præcipiti, rigore obsecrante. Ego maiori cum reuerentia, tot Doctorum hominum canos veneror, amplector doctrinam, prudentiam initor, & tria statuo: primū, an commode diuiserint decem categorias: secundū, an ponere illi rigorosè potuerint plures quam decem: tertius, an potuerint etiam ponere pauciores.

Ratio dubitandi.

Ratio enim dubitandi esse potest, quia sicut vnicum prædicamentum substantiarū, sic vnicum potuit esse prædicamentum omnium accidentium: vel certè sicut novem prædicamenta sunt accidentia, sic plura excogitari potuerunt prædicamenta substantiarum; erit enim substantia spiritualis, rationalis, sensitiva, &c. In dō facilior & verior esse potuit diuisio entis in substantiam & accidentem: est ergo virtuosa hæc diuisio, præser-tim cum facile fuerit alia excogitare genera, in qua accidentis posset diuidi.

Commoda est diuisio.

Dico primū, commode omnino ac recte decem numerari prædicamenta, substantiam, quantitatem, qualitatem, relationem, vbi, quando, actionem, passionem, situm, esse, habere.

Ratio afferatur ab Aristotele, quia tot constituti commode possunt categorias, quot sunt modi vniuersitatis, & primū diuersi essendi & prædicandi de prima substantia: decem sunt illi modi; vel enim illi pertinent ad questionem *quid est*, & est substantia; vel ad questionem *quantum est*, & est quantitas; vel ad questionem *quale est*, & est

A qualitas; vel *quid respicit*, & est relatio; vel *quid agit*, & est actio; vel *quid patitur*, & est passio; vel *in quo loco est*, & est ubi; vel *quo tempore est*, & est quando; vel *quonodo situm est*, aut *quonodo vestitum*, & sunt situm esse, & habere: ergo commoda est diuisio in decem prædicamenta, cū per eam cognoscatur plenissime quid, quantum, quale, ad quid, quo loco, quo tempore, quid agat, quid recipiat, quo situ, quo habitu completum aliquod individuum. In dō priori hæc sit ratio, quia diuisio entis, si habuisset plū ciora membra, fuisse obscurior; si habuisset plū, fuisse molestior.

Dico secundū diuisiōnem hanc non ita esse *rigorosam*, vt plura quam decem non potuerint plura quam decem prædicamenta.

B Ratio est, quia cū pleraque prædicamenta accidentalia denominations tantum sint extrinsecæ, potuerunt aliae plures excogitari, que padire nouas constituerint categorias; esse amatum, esse cognitum, esse honoratum, esse Caūdicum, esse Medicum, esse Doctorem, esse Regem, habere vxorem, & alia huiusmodi, quibus difficile inuenientur locus in decem prædicamentis; non enim sunt quantitates, aut qualitates, aut relationes, &c. Similiter esse liberum, esse bonum aut malum, esse dominum, esse seruum, loqui, dormire, vigilare: nulli ex enumeratis categorias possunt tribui, neque sunt minus complete de-nominaciones quam aliae.

C Dico tertidū, potuerint quoque in rigore pauciora poni prædicamenta, quam decem.

Ratio est, quia substantia completa & accidentis completum duo sunt genera vniuocata: ergo ens in illa duo diuidi potuit prædicamenta. Probatur antecedens. Illud vniuocum est, quod negat includit differentias contrahentes, nec in illis includitur: huiusmodi sunt substantia & accidentis cū enim differentia, tum substantia, tum accidentis incompletæ sint, implicat ut contineantur in illis rationes completae, tum substantia, tum accidentis: ergo potuerunt substantia & accidentis esse duo tantum prædicamenta, non enim affecti potest ratio, cur differentiae substantiales sint incompletæ in ratione substantia, non autem differentiae accidentis.

D Instabim primum, si vniuocum est accidentis completum, quia contineri non potest in suis differentiis incompletis, similiter ens completum erit vniuocum, quia non potest contineri in differentiis incompletis.

E Resp. differentias entis esse completas in ratione communissima entis, quia cū ratio entis sit omnium prima & transcendentia, immediate opposita non enti, non potest in vlo reperiri, quoniam repertior; aliquo si esset aliquid, in quo non tota reperiretur, illud non esset omnino ens, sed esset partim ens, partim non ens. Hoc autem non reperitur in differentiis substantia & accidentis, quae sunt incompletæ.

F Instabim secundū. Illud est completum in ratione substantia & accidentis, cui congerit totus substantia conceptus, & tota definitio substantia & accidentis: sed tota definitio substantia congerit differentiis substantialibus; & tota definitio accidentis, conuenit differentiis accidentalibus: ergo illæ completæ sunt.

G Resp. negando totam Definitionem substantia completae, que scilicet ad compositionem alterius prædicatur in quid, conuenit differentiis accidenti-

accidentalibus; quibus tamen conuenit definitio substantiae, propt̄ præscinditur à completa & incompleta. Ex quibus ad totam rationem dubitandi nihil superesse videtur quod egeat response.

QVÆSTIO IV.

De nouem categoriis absolutis.

Absolutas voco categorias omnes, præter relationem, et si certum mihi sit, plures ex illis esse relativa transcendentalia, quod non impedit, quin dici possint etiam absolute, ut distinguantur à relatione categorica, quæ tota respectiva est. De nouem ergo illis generibus categoricis pauca quædam duntaxat supersunt, quæ dicenda esse videantur post ea quæ de illis disposita sunt alibi.

SECTIO I.

De substantia categorica.

Propria ratio substantiae.

Sex eius proprietates.

Non considero h̄c propriam rationem substantiae, quam nuper exposui quantum satis erat, propt̄ differt ab accidente, dictaque substantia est, propt̄ substantia accidentibus, vel propt̄ substantia per se, idest propt̄ exigit esse in se omnino completa & terminata. Proprietates eius enumerantur aliquæ à Philosopho, in quibus non est difficultas huius loci propria: non esse in subiecto inhesionis completo, quæ proprietas non est, sed primus conceptus substantiae: vniuersaliter prædicari de primis substantiis, idest de individuis, quod solius secunda substantia, idest generum & specierum proprium est, vt patet: significare hoc aliquid, idest substantiam aliquam completam singularem, quod soli conuenit prima substantia: non habere contrarium, quia substantia subiectum non habet; contraria vero dicuntur, quæ ab eodem subiecto se mutuo expellunt: non súcipere magis & minus, idest non intendi, nec remitti, quod disputatum est in Physica, tractatu 3, súcipere posse contraria, v.g. calorem & frigus successiū.

De substantia itaque solùm h̄c dispuo, propt̄ est categoria, sive propt̄ est summum genus, sub quo disposita sunt plures species usque ad individuum; & quero primum, quid sit substantia illa, qui in hac categoria est summum genus: secundò, quomodo illa diuidatur in primam & secundam substantiam; qualis diuīsio illa sit, & quodnam in ea sit totum diuīsum.

Triplex dubitatio de diuīsione in primam & secundam substantiam. Ratio vero dubitandi est primum, quia quando definitur prima substantia, vel definitur aliquid commune, vel aliquid singulare. Si definitur aliquid commune: ergo non definitur prima substantia, quæ significat singulare; sed definitur secunda, quæ significat substantiam vniuersalem. Si definitur aliquid singulare: ergo illa definitio non est communis omnibus primis substantiis.

Secundò illa diuīsio substantiae in primam & secundam, non videtur esse adæquata, quia partes substantiae, v.g. manus & caput, neque sunt in subiecto, neque dicuntur de subiecto; idest substantiae sunt, non prius, neque secundæ: ergo

diuīsio h̄c non valet, neque Aristoteles recte definitiū primam substantiam.

Tertiò si bona est h̄c diuīsio substantiae in singularem & vniuersalem; substantia qua diuiditur in h̄c duo membra, est substantia summum genus in hac categoria: hoc autem absurdum est, qui tunc vitiola est diuīsio, quando totum diuīsum est unum ex membris diuīsionis; alioquin totum erit æquale sua parti; sed in diuīsione substantiae prædicamentalis, & generice in primam & secundam, totum diuīsum est unum ex membris diuīsionis, quia secunda substantia sunt genera & species: totum autem quod diuiditur, est genus ad membra diuīsionis: ergo totum quod diuiditur est unum ex membris, in quæ diuiditur; sicutque aliquid diuiditur in seipsum, & in aliud aliud: quo nihil dici potest absurdius.

Dico primum, substantiam prædicamentalem, sumnum genus in categoria substantiae, genus huius substantiam completam, & finitam essentialem categorię.

Ratio est, quia illa sola vniuersaliter prædicari potest de suis inferioribus; substantia vero, quæ præscindit à completa & incompleta, ab infinita & finita, solùm analogiæ communis est, vt sat is probatum est quæstione prima: quod non impedit, quin Christus Dominus, quatenus homo, ponatur in categoria; non enim hinc sequitur, quod personalitas Verbi secundum se sit ens categoricum, sed tantum ratione humanae nature, cui est unita in unitatem personæ. Vnde neque hinc sequitur, quod Deus, vt Deus, sit in prædicamento.

Dico secundò. Diuīsio substantiae in primam & secundam, idest in singularem & vniuersalem, non est diuīsio generis in duas species, sed est diuīsio subiecti in duo accidentia, quorum unum est primam & secundam.

Ratio est, quia tunc non est diuīsio generis in species, sed subiecti solùm in accidentia, quando differentiae membrorum diuidentium non sunt essentiales, sed accidentales & toti diuīsio, & membris diuīsio: sed singularitas & vniuersalitas, quæ constituunt substantiam primam & secundam, sunt accidentales substantiae, quæ diuiditur, & substantia singulari ac vniuersali, quæ sunt membra diuidentia; natura enim secundum se nec est singularis, nec vniuersalis; singularitas enim, & vniuersalitas sunt extra conceptum nature: ergo diuīsio substantiae in primam & secundam est diuīsio subiecti in duo accidentia, quorum alterum, nempe singularitas, est reale, quia conuenit naturæ per operationem intellectus; alterum, nempe vniuersalitas, est intentionale, quia conuenit illi per intellectum, etiam, vt probabam alias, sit etiam reale, sed extrinsecè ac denominatiue. Est igitur diuīsio ita similiſ ferè isti alteri hominum, *Alii sunt albi, alii nigri.*

E Dico tertio. In hac diuīsione totum diuīsum non est substantia summum genus in hac categoria, sed est substantia completa, propt̄ præscinditur ab existentia, vel ab actuali substantia.

Ratio est, quia substantia summum genus prædicatur essentialiter de suis inferioribus: substantia quæ diuiditur in primam & secundam, non prædicantur essentialiter, cum existere singulariter, aut vniuersaliter, accidentia sunt substantiae.

Totum diuīsum in hac diuīsione.

aut

ant etiam actu subsistere primariò, aut secundariò: ergo totum quod in ea membra diuiditur, non est substantia prædicamentalis, & generica.

Solutio prima.

Ad primam respondeo, quod quando definitur prima substantia, non definitur aliquid simpliciter singulare; sed aliquid commune secundum rationem communem singularitatis, non autem propter hoc, vel illud singulare: sicut datur una definitio individui communis omnibus individuis.

Solutio secunda.

Ad secundam sèpè dictum est, quod sola substantia completa diuiditur in primam & secundam, ac proinde partes substantie compleæ, cuiusmodi sunt caput, pes, digitus, non sunt primæ substantie.

Solutio tertia.

Ad tertiam respondeo, probatum esse, quod substantia summum genus in hac categoriâ non est totum quod diuiditur in primam & secundam substantiam: unde totum corruit argumentum, quod inferebat vitiōsam esse diuīsōnēm; quia totum quod diuiditur, est genus; & membrum in quod diuiditur, est genus, sive pars erit æqualis toti. Hoc autem locum non habet posito quod hæc sit diuisio subiecti tantum in accidentia, quia secunda substantia, que membrum est diuīsōnēs, significat substantiam vniuersalem, quæ sit genus aut species, id est, quæ prædictetur in quid & essentialiter de suis inferioribus: non autem significat substantiam vniuersalem, quæ prædictetur accidentaliter, & in quale de inferioribus, cuiusmodi est substantia quæ diuiditur in primam & secundam.

Quamquam etiam aliunde vitiōsum esset argumenrum, cuius ita est maior: Tunc vitiōsa est diuīsio, quando totum diuīsum est unum ex membris diuidentibus; simili enim arguento probatur, quod vniuersale diuidi non potest in genus & speciem; si enim diuiditur, est genus, quod est unum ex membris diuīsōnēs. Respondebam enim in Logica, tunc diuīsōnēm esse vitiōsam, quando membrum diuidens est totum diuīsum sub eadem formalitate; si autem sit idem sub diversa formalitate, tunc vitiōsa non esse diuīsōnēm; nam vniuersale totum est diuīsum, & sub altera est membrum diuidens. Idem dici posset de prima & secunda substantia, si diuīsio illa esset geveris in species.

SECTIO II.

De prædicamento quantitatis.

Prima dubitatio.

Quantitatem, rem in natura omnium oculis maximè aspectabilem, & tamen maximè reconditam, & inexplicabilem, tradidi 3. *Physicorum*: nunc categoricam coordinationem illius hic solūm propono, & explico, quale sit genus in hac categoria, quænam eius species, quænam proprietates.

Ratio enim dubitandi primò est, quia Philosophus quantitatem diuidit in continuam & discretam, permanentem & successivam: non appareat autem quomodo numerus, seu quantitas discreta, & tempus ac motus, seu quantitas continua, dici possunt quantitates, cum quantitas definiti debeat accidens extensuum localiter impenetrabiliter.

Secundò, non videtur etiam posse diuidi quantitatem in lineam, superficiem, & corpus; nam in

A hac diuīsōnē species se mutuò includunt; superficies enim est longitudo & latitudo: ergo includit lineam: & corpus est longitudo, latitudo, & profunditas: ergo includit lineam, & superficiem.

Dico primò. Quantitas prædicamentalis est sola quantitas continua, permanens; quantitas autem discreta, & quantitas successiva, non pertinent ad hanc categoriam.

Obserua multas solere afferri diuīsōnes quantitatis, primò enim diuiditur in quantitatem molis, & quantitatem virtutis. Quantitas molis est per quam substantia sunt extensis localiter, & habent æqualitatem aut inæqualitatem, magnitudinem aut paritatem. Quantitas virtutis significat gradum aliquem perfectionis aut essentias; sic enim meritò appellatur Deus magnus, non mole, sed virtute, eo quod sit omnis perfectio sive vito termino. Secundò diuiditur in continuam, & discretam. Continua est, cuius partes communis termino copulantur, ut partes alieñas corporis: discreta, cuius partes nullo copulantur termino communis, cuiusmodi sunt partes numeri aut orationis. Tertiò, quantitas continua diuidit in permanentem, & successivam. Permanentis est cuius partes omnes sunt simul: successiva cuius partes esse non possunt simul, ut partes temporis & motus. Quartò, quantitas permanentis diuiditur in lineam, superficiem & corpus. Linea est longitudo expers latitudinis & profunditatis: superficies est longitudo & latitudo expers profunditatis: corpus est longitudo, latitudo & profunditas. Dixi ergo summum genus in hac categoria esse solam quantitatem continuam, & permanentem; numerum autem & tempus ab ea excludi.

Ratio est, quia illa sola quantitas pertinet ad hanc categoriam, cui soli conuenit definitio propria quantitatis, quæ definitur accidens extensum substantiae localiter, & impenetrabiliter: sola quantitas continua & permanens est huiusmodi accidens, non autem numerus & tempus, ut pater: ergo sola quantitas continua & permanens est summum genus huius categoriæ.

Dico secundò. Quantitas summum genus huius categoriæ bene diuiditur in lineam, superficiem & corpus, quæ licet materialiter se includant, non se includunt tamen formaliter.

Obserua primò, longitudinem quantitatibus duplice posse concepi solam sine latitudine ac profunditate. Primò ita ut illas neget: secundò ita ut illas non neget, sed cogitetur tantum illis non cogitatis, per abstractionem faciliter praeciliatum. Quando linea definitur longitudo sine latitudine ac profunditate, intelligitur longitudo propter illas negat, non autem longitudo propter ab illis abstracta. Eodem modo superficies negat profunditatem, quando dicuntur longitudo & latitudo expers profunditatis; nam longitudo, quæ est in superficie, potest quidem abstracta à latitudine, sed non potest illam negare: & latitudo, quæ est in corpore, abstracta potest à profunditate, non autem illam negare.

Obserua secundò, speciem unam quantitatibus, v.g. lineam, posse considerari vel materialiter, atque vel formaliter. Tunc consideratur materialiter, quando consideratur secundum solam entitatem; v.g. entitas ipsa, & longitudo lineæ includitur in superficie, sicut binarius est in ternario secundum

dum entitatem, hoc est materialiter. Tunc consideratur formaliter, quando consideratur secundum propriam rationem, v. g. linea formaliter sumpta est longitudine cum negatione latitudinis, sicut binarius sumptus formaliter est binarius cum negatione ternarij. Dixi ergo lineam materialiter sumptam inclusam esse in superficie, & corpore, quia superficies & corpus includunt longitudinem: sed nego includi formaliter, quia superficies & corpus non includunt negationem longitudinis. Idem dico de superficie.

Ratio ergo conclusionis est, quia illæ sunt veræ species quantitatis, quæ veram participant rationem quantitatis, extensionem videlicet impenetrabilem, & quæ non se includunt formaliter, sed ad summum materialiter: linea, & superficies sunt huiusmodi: ergo illæ sunt veræ species huius categoriæ.

Proprietates quantitatis. Dico tertid. Proprietates quantitatis sunt, non suscipere magis & minus, non habere contrarium; æqualitas, aut inæqualitas, actualis impenetrabilis, extensio localis actualis, diuisibilitas & aliae huiusmodi.

Ratio est, quia illud non suscipit magis & minus, quod in eadem parte subiecti non potest plures habere partes: quantitas cùm sit impenetrabilis, non potest plures habere partes in eadem parte subiecti: est ergo incapax intensio aut remissio. Deinde contrarieetas est inter duo, quæ per propriam actionem se mutuò expellunt ab eodem subiecto: partes quantitatis, licet incompossibilitatem habeant in eadem subiecti & loci parte, per veram tamen actionem non se mutuò expellunt, sed per incompossibilitatem formalem, eodem modo quo se mutuò expellunt formæ substantiales.

Solutio prima dubit. Ad primam respondeo Aristotelem, quando quantitatem discretam, & successuam numeravit inter species quantitatis, ex sensu duntaxat vulgi loquutum esse, non autem ex suo, vt ostenderet illas reductiue pertinere posse ad hanc categoriam, quatenus aliquam habent similitudinem cum quantitate proprie dicta, propter diuisibilitatem, & extensionem.

Ad secundam fatus dixi secunda conclusione, quomodo materialiter istæ species se includant, idque in multis aliis diuisionibus locum haber, sic enim mentis operationes tres dicuntur esse, tametsi secunda operatio includat primam, & tertiam primam & secundam; sed materialiter, non formaliter. Anima diuiditur in vegetativam, sensitivam, & rationalem: vbi patet quod sensitiva includit vegetativam, & rationalis vegetativum ac sensitivam; simili enim modo superficies includit lineam, corpus vero includit lineam & superficiem; quod non impedit quin illæ sint veræ species in hac categoria, quia non sunt species prout sumptæ materialiter, sed prout sumptæ formaliter; ideo linea est species quantitatis categoriæ, non prout abstrahit à latitudine ad profunditatem, sed prout negat utramque. Si enim sumatur illa longitude, quæ est in superficie, & cogitur sine latitudine, non erit prima species quantitatis, nisi explicite neget latitudinem. Idem dico de superficie, quæ inclusa est in corpore. Illa igitur longitude sic præcisa est genus ipsum quantitatis, quod immediate diuiditur in longitudinem puram, quæ dicitur linea; & longitudinem non puram, quæ superficies est, &

A corpus. Nego autem quod quantitas summum genus possit abstrahi à longitudine; nam eo ipso quod dicit extensionem, dicit longitudinem, neque simili modo dici potest quod latitudo sit summum genus, ex quo soluitur difficile argumentum, quo dicitur longitudinem sic præcisam esse speciem quantitatis, cùm non sit summum genus, magis quam latitudo; vis enim afferri potest ratio, cur dici non possit, quod latitudo præcisa non sit summum genus, aquæ ac latitudo; nisi quia latitudo pater, & magis est universalis longitude, quam latitudo; atque adeò est illa prior.

SECTIO III.

De predicamento qualitatis.

Categoriam hanc cæteris difficulter esse merito assert Augustinus in libro categoriarum; neque parvæ prudentiæ esse, qualitatem cum cæteris penè confusam, mentis vivacitatem secernere. Sunt autem tria potissimum, quæ de illa quæri debere merito videantur: primò qualis sit eius definitio: secundò quænam proprietates: tertid quænam sit series categorica, seu diuinitio eius in species.

Ratio autem dubitandi præcipua est primò circa eius propriam definitionem; vix enim inveniri potest definitio illa, quæ naturam eius sic explicet, ut distinguat qualitatem ab omnibus aliis categoriis. Primi definiuit Aristoteles qualitatem, *Eam quam dicimus esse quales*. Sed sane non est notius, quid sit esse quale, quam quid sit qualitas. Secundò definìt Suarez *disp. 42. sect. 1. num. 5.* ut sit, *Accidens absolutum per se primo infinitum ad perficiendum, & ornandum intrinsecum substantiam, tum in existendo, tum in operando*. Sed hoc non videtur minus conuenire quantitati, quam figuræ, aut cuius alteri qualitatæ. Tertiò definitum alij qualitatem, *Accidens absolutum consequens formam*; quod totum quantitati conuenit, quæ sequitur formam aquæ ac materiam, cùm vitramque pariter extendat. Quartò definic Hurtadus qualitatem, *Est accidens absolutum à quantitate distinctum*; quæ definitio licet vera sit, non explicat tamen essentiam qualitatis. Neque melius definit Arriaga qualitatem, *Accidens absolutum*; vbi supponit illam indistinctam esse à substantia, quod reiectum est alijs.

D Secundò non videtur etiam qualitas diuidi posse in quatuor species, quas assignat huic summo generi Aristoteles: nam figura non debet vocari qualitas, quæ accidens est absolutum; figura vero est modus. Deinde si terminus quantitatis ponitur esse qualitas, similiter substantia, quæ terminus est substantia, numerari poterit inter species qualitatis; non enim minus completa est, quam figura. Denique cùm figura nihil sit distinctum à quantitate, multò erit commodius ponere illam in categoria quantitatis, quam qualitatis.

Tertiò, si quatuor illæ sint species qualitatis, necesse est ut illæ sint impermixtae, ita ut id quod pertinet ad unam speciem, ad alteram non pertineat, aliqui res eadem esse poterit in multiplici specie, quod implicat. Sed aliquæ qualitates possunt esse in multiplici specie; nam calor v. g. prout actius, pertinet ad secundam speciem; & prout perficit substantiam ignis in ordine ad esse,

est

684 Philosoph. Peripat. Lib. IV. Disp. IV.

est patibilis qualitas, & ad tertiam speciem re- A substantiam ut connaturaliter in se ipsa existat figura & forma perficiunt, ut existat connaturaliter, quatenus corporea est. Quoniam ergo illae sunt species quantitatis, quibus tota eius natura conuenit.

Definitio qualitatis. Dico primò, rectè definiti qualitatem, Est acci- dēns ab solutum, ex se pene trable, perficiens sub-stantiam ad existendam vel operandum.

Ratio est, quia ut rectè notat S. Thomas 1. 2. quaff. 49. art. 2. qualitas significat id quod determinat indifferentiam rei aliquius; & qualificare est determinare id quod est indeterminatum; hoc autem facit accidens illud quod nec est respe-ctuum, nam sic esset relatio; nec impenetrabile, nam sic esset quantitas, & perficit subiectum partim in ordine ad existentiam, partim in ordine ad operationem; quia sic ad nullam pertinet ex ultimis sex categoriis. Error & habitus malus di- cuntur perficere subiectum in ordine ad operatio-nem, etiam magis propriè illud inficiant, quia inclinat & disponunt ad facilem operandum, saltem male. Calor etiam aquam non perficiat, qua-litas tamen est, quia perficit saltem aliquod subiectum, cui est connaturalis. Bona ergo est qualita-tis definitio, quam artili.

Eius pro-prietates. Dico secundo, proprietates qualitatis rectè tres numerari; suscipere magis & minus, id est habe-re plures vel pauciores sive partes in eadem parte subiecti, habere contrarium; facere simile aut dissimile. De prima proprietate dictum est in li-bris de generatione: de secunda in Logica, vbi exposuit varia genera oppositionum: de tercia constabit ex dicendis statim de categoria relatio-nis; nam conuenientia in ratione substantiae sa-pius est identitas; in quantitate dicitur aequalitas; in qualitatibus magis propriè vocatur si-militudo.

Eius diuisio in quatuor species. Dico tertio, qualitatem summum genus in hac categoria rectè diuidi in quatuor species, qua tametsi essentialiter impermixtae sint, & specie differant, non distinguuntur tamen necessariò realiter.

Primam partem habet Philosophus, tum in Logica, tum in Metaphysica, vbi quatuor tri-buit species huic categoria, cui tamen haud dubie poterunt aliae multæ attribui species. Sed quadripartita tamen hæc diuisio commoda est, & videtur esse adæquata, cum illis singulis vera qualitatis ratio conueniat, & nulla sit qualitas exocitabilis, quæ ad unam ex illis non referatur. Prima species est habitus & dispositio. Nomen habitus intelligitur qualitas difficultè mobilis à subiecto, quæ dat facilitatem ad operandum: no-men dispositionis intelligitur habitus adhuc im-perfectus. Secunda species est potentia & impotentia. Nomen potentia significat qualitatem in-natam, quæ tribuit subiecto simpliciter operati, cum habitus det solùm operari facilè. Impotentia est potentia solùm imperfecta, non autem carentia potentie, quam constar appellari non posse speciem qualitatis. Tertia vocatur patibilis qualitas, & passio. Patibilis qualitas illa est, quæ diu durat in subiecto, ut illud perficiat in ordine ad se, ut calor perficiat ignem. Passio autem non du-rat, qualis est rubedo orta ex verecundia. Quarta est figura & forma. Nomen figura significat quantitatem ut certo modo terminatam, ut figura circularis, aut quadrata. Forma est eadem figura, prout affecta sensibili qualitate, ut pulchritudo. Patet ergo, quod habitus & dispositio deter-minant substantiam ad facilem operandum; poten-tia & potentia determinant ad simpliciter ope-randum; patibilis qualitas & passio perficiunt

A subiectum ut connaturaliter in se ipsa existat figura & forma perficiunt, ut existat connaturaliter, quatenus corporea est. Quoniam ergo illae sunt species quantitatis, quibus tota eius natura conuenit.

Scio posse opponi, habitus supernaturales, & characterem sacramentalem esse veras qualitates, superius tamen non facilè sit ad unam ex speciebus turis illis reuocare: sed de hoc dixi satis in Theologia; character loquor enim duntaxat in hoc loco de qualitatibus naturalibus, quas omnes contendo pertinere ad unam ex enumeratis speciebus. Habitus autem supernaturales, quos Aristoteles cognoscere nul-lam potuit, pertinent partim ad primam, partim ad secundam speciem. Character sacramen-talis reuocatur etiam ad secundam speciem, quatenus idoneum reddit subiectum ad quasdam ope-rations. De speciebus intentionalibus suo etiam loco disputatum est.

Secunda pars, tametsi fateatur quatuor has Nonne species differre formaliter & essentialiter inter se, scilicet cum habeant diuersas definitiones; negat tamen terribiliter contra Suarem illas ita inter se necessariò differe realiter, ut qualitas eadem realis, quæ in una est species, non possit sub alio conceput pertinere ad aliam speciem; quia quedam sunt, quibus reuerat definitio viriisque speciei, ut divisi de calore, qui perficit ignem ad operandum, quare-nus actius est, & pertinet ad secundam speciem; & perficit ad existendum, quatenus est proprieas connaturaliter debita, pertinetque ad tertium speciem. Patet autem, quod duo membra eiusdem speciei accidentaliter solùm differunt, quia non differunt nisi secundum magis & minus, ut ex datis singularum definitionibus facilè colligi potest.

Ad primam respondeo Aristotelem, quando dixit qualitatem illam esse, quæ dicimus quales; tunc & quoties alias huiusmodi definitions non raro cultus affert, supponere quod in communis loquendi uia concretum est quodammodo notius abstracto, vel certè illas esse magis explicationes quasdam, quæm definitions. Reliqua clara sunt ex data definitione qualitatis, per quam distinguuntur suffi-cienter à qualibet alia categoria.

D Ad secundam respondeo figuram esse veram qualitatem, quia in ratione afficiendi, & perficiendi subiectum conuenit cum aliis qualitatibus. Quando autem appellatur accidentis solutum, significatur quod non est relatum predicamentale: modus ergo esse potest qui transcendentaliter refertur ad modificatum. Substantia non est dici. Et in praedicamento, quia est ens incompletum, cum sit complementum substantie. Terminus autem quantitatis est ens completum in suo genere. Cùm ergo definitio qualitatis conueniat figura, sitque completa, & distinguatur ab ipsa quantitate, merito illa numeratur inter species qualitatis.

E Ad tertiam respondeo esse quidem impossibile, ut duæ species infinitæ sint indistinctæ realiter, quia nihil potest habere multiplicem constituti-onem essentialem, quin sit multiplex. Sed hoc re-rum non est de speciebus subalternis; quia si summa genera non sunt necessariò realiter distincta, vt patet in actione & passione, multò minus de-bebunt esse distinctæ species subalterne.

Addi poterant hic sex ultimæ categoriæ, quibus hoc est commune, quod sunt entia relativa secundum dici. Sed actio, passio, vbi, quando,

Habere, denominatio est extrinseca à ueste, quæ ambit, vel ornat corpus, de qua nihil video esse scitu dignum.

QVÆSTIO V.

De prædicamento relationis.

Relationum miracula.

DE reliquis categoriis obiter tantum dixi, quia plenior eorum tractatio alibi data erat. Relations propriae huius loci sunt, & illarum tota consideratio nullibi melius tradi potest. Relations, inquam, arcanum naturæ miraculum, compedem innoxiam, catenam liberam, hostile fedus, extra se idem, plura vnum. Illas nec tenere potest creatarum rerum natura, nec fugere; nec audet negare, nec potest aspicere. Est enim in relatione coniunctio duorum sine plurimum nexus.

Extranea sibi est, nec à se recedit, & in aliud tendit; vni se applicat, & plures consignat; alterum nominat, & seipsum explicat; nunquam melius sua, quam cum est extra se tota; nunquam verius ipsa, quam cum à se longius est digressa.

Totum esse habet ad aliud.
Peregrinatur intra se, immutata interit, illibata crevit, multiplicatur sine sumptu, alienis clementiis auctor, nec intra se maior; sine termino suo tota, & tamen nulla; mancipatio mutua, dum extremum vnum illius totum se alteri subiicit, & sui iuris eodem tempore illud efficit; in naturarum affinitate nascitur, nec in earum varietate confunditur; oppositionem habet, dum facit similitudinem: sine sensu moritur, quia nascitur sine motu; & ubi desinet aspicere, statim cessat vivere; toties in una re multiplex, quoties eam maiorem esse contigit, vel minorem. Thesauros videlicet relationum innumerabiles pauperimus quisque possidet; acerbus portat absque ullo pondere; diuitias habet, quas nemo solus habere potest; innocentes gazas, alienas, & tamen nostras.

Habet illas creatura qualibet, quia est ad aliud, neque tota esse potest sui iuris: ad alterum tota, quia nata ex alio. In Deum respectus ad creaturas cadere nullus potest, quia in seipso, & ad seipsum totus est, & seipso totum bonum suum est. Habet in sinu suo aspectum triplicem vnius sui, in se manentem, ad se digressum; nec vnum totum, nec totum trinum; triplicem vnum, divisionem indiuisam, trium in uno nemum, in seipso à se diuersum: substantiam sapientiam, & semel diuinam; sapientiam eandem, sed non triplicem; sapientiam datam, & semper suam; in tribus relatiuis toram, vt non semel intuentum oculos alliceret; in tribus personis vnam, vt cognata sibi ipsa esset, quia sibi soli par esse posset.

R. P. de Rhodes curs. Philosoph.
Relatio Dei ad creaturas. Ad res à se factas imperium habere potest, sed non respectum; ad ipsum omnia referit, impotens referri; ordinem in omnibus facit, quem habere nescit, bona sua transfundere nititur in omnes, & intactus ab omnibus manere. Haberet enim oceanus ille totius pulchritudinam aliquam decoris sui sibi aduenitiam? Haberet ille sine nomine omnino nimis, aliquod nomen extra se natum? Et deberet aliquid creaturis infinitas, quod auferri posset, aut admitteret? Aeternitas

A aliquid nouum, quo creatura prior fuisset? Tu nobis Deus maxime habes aliquid, quod sine nobis tuum esse non potest; qui nec diuior es, quod nos habeas; nec potentior, quod facias; nec beatior, quod respicias; qui nec minus potens es, si nos fieri non possemus; nec minus sapiens, si cognosci non valeremus.

B De hac igitur tam ignota, & tam mirabilis categoria, vi plenè disputem, totam controveriam sex capitibus concluso. Primum sit relationum existentia, natura, proprietates. Secundum, proximum subiectum, seu fundamentum & distinctio eius à relatione. Tertium terminus. Quartum varia species relationum categoriarum. Quintum relationes non categoricæ. Sextum subiectum remotum; persertim utrum sint in Deo relationes ad creaturas.

SECTIO I.

Relationum prædicamentalium existentia, natura, proprietates.

C Ertum est primum, ista potissimum vocabula. Explicatio in hac materia cognoscenda esse, relatio, vocum, correlatio, fundamentum, terminus, ratio fundandi.

Relatio significat comparationem vnius cum alio, & respectum, seu habitudinem vnius ad aliud, id est id quo vnum respicit aliud; quia referri significat comparare, seu dirigere vnum ad aliud. Paternitas v.g. dicitur relatio, quia est id quo pater respicit filium. Correlatio est mutua respectus vnius ad alterum; id est, relatio per quam aliquid refertur ad aliud, quod ad ipsum refertur; quia est id quo filius qui respicit a patre, respicit patrem. Ideo relatio alia dicitur esse mutua, quando ex parte extreni utriusque reperiatur relatio; sic enim pater respicit filium, & filius respicit Patrem; alia est relatio non mutua, quando in uno tantum extremo est relatio realis; sic enim dicam Deum respici a creaturis, quas tamen ipse non respicit. Fundamentum est id quod est causa subiecto ut habeat relationem, vt in parte potentia generativa est fundamentum paternitatis: in pariete albo, albedo est fundamentum similitudinis. Terminus est id quod ab alio respicitur. Ratio fundandi est conditio requisita ut exurgat relatio, vt in relatione paternitatis generatio dicitur ratio fundandi. Denique subiectum relationis est illud, quod sustentat relationem, sive relatum, aut correlatum: pater v.g. est subiectum paternitatis.

Certum est secundum, relationem diuidi in relationem realem, quæ scilicet fictitia non est, & uero relationem rationis, quæ fictitia est. Secundum, realem aliam vocari secundum esse, cuius esse est ad aliud; aliam secundum dici, cuius esse non est ad aliud, sed explicatur per ordinem ad aliud.

Tertiù relationem secundum esse aliam vocari transcendentalē, quæ in omnibus reperitur prædicamentis, & est, ut dicetur in sequentibus, ens partim absolutum, partim respectuum: aliam prædicamentalem, quæ in solo est prædicamento relationis, estque purus respectus, id est nihil aliud quam respectus. De huius ultimæ solius existentia, natura, proprietatibus nunc queritur, de reliquis postea videro.

§. I.

*Vtrum sint relationes aliqua prædicamentales
veræ reales.*

Aliqua sunt, inquit Philosophus in prædicamentis, quorū esse est ad aliquid se habere. Et s. Metaph. Ea sunt ad aliquid, que id quod sunt, aliorum esse, aut ad aliquid aliquo modo dicuntur. Merito ergo controverti potest, vtrum huiusmodi respectus vnius ad aliud sit aliquod accidens reale, an verò fictitium duntaxat, & per intellectum.

Triplex dubitatio. Ratio enim dubitandi primò est, quia implicari alicundum accidens reale, quod non possit habere esse in subiecto: relatio non potest habere esse in subiecto. Probatur. Illud, cuius totum esse est ad aliud se habere, seu quod non habet nisi esse ad, non potest habere vllum esse in: relatio habet totum esse ad: ergo relatio non habet vllum esse in.

Secundò, quod aduenit rei alicui sine vlla eius mutatione, non est aliquid reale: relatio aduenit rei sine vlla eius mutatione; cùm enim de nouo sit Romæ paries albus, similis incipit ei esse paries existens Parisis, immutatus omnino manens, vt patet: ergo relatio non est aliquid reale. Imò patet quod omnis comparatio fit per intellectum: relatio autem comparatio est: ergo illa non est nisi per intellectum.

Tertiò nullum est ens reale, quod non habeat causam, & quod non fiat per veram actionem: relatio nec haber causam, nec fit per vllam actionem, quia vt docet Philosophus s. Physicorum, sexto 10. ad relationem non est motus: ergo relatio non est ens reale.

Existentia relationum. Dico primò, dari relations categoricas, quæ sunt veræ reales, non autem fictæ, aut per solum existentes intellectum.

Ratio est primò, quia si nihil est in pariete albo, ratione cuius dicatur similis alteri parieti albo, poterit eodem iure dici similis parieti nigro: hoc autem nemo dixerit: ergo est aliquid in pariete albo, ratione cuius dici potest similis alteri parieti albo. Illud est quod vocatur relatio. Secundò etiam nullus cogitet intellectus, Pater est verè Pater, & Filius est verè Filius. Vna quantitas maior est, vel minor, vel æqualis alteri quantitat. Vnum est alteri vicinum, aut ab eo distans: quæ omnia relativa sunt, cùm habitudinem dicant ad aliud. Et sanè negari non potest esse in Deo veras relations distinctivas personatum diuinatum, quæ sunt omnino reales; Pater enim est verè Pater, & habitudinem dicit ad Filium: ergo etiam in creatis esse patrem & esse filium sunt relations reales, & indpendentes ab intellectu.

Solutio pri-
ma dubitata. Ad primam resp. negando quod relatio non habeat esse in subiecto; nam quando dicitur esse accidens, cuius totum esse est ad aliud, significatur illam esse accidens, cuius totum esse quod habet in subiecto, est ad aliud; seu cuius totum munus est subiectum illud, in quo est, perficere in ordine ad aliud. Vbi vides includi omnino esse in. Absolutè igitur major illa neganda est: illud non habet esse in, quod habet totum esse ad. Nego, inquam, quia illud esse ad, est in subiecto.

Solutio secunda. Ad secundam respondeo distinguendo mai-

Arem: illud non est reale, quod de nouo rei alicui aduenit sine vlla eius mutatione; si de nouo adueniat secundum quod dicit tun in recto, tun in obliquo, concedo; si adueniat rei tantum secundum id quod dicit in obliquo, nego. Similitudo adueni pateti albo iam existenti, non secundum id quod dicit in recto, sed secundum illud duntaxat quod dicit in obliquo, vt constabit ex s. Metaph. 2. Verum est quod omnis comparatio actualis est per intellectum; comparatio verò apertitudinalis, seu id quo posito intellectus compare rationabiliter potest vnum cum altero, non est per intellectum, sed est reale. Relatio autem non est actualis comparatio, sed tantum apertudinalis.

B Ad tertiam respondeo distinguendo maiorem: Solutio omne ens reale habet aliquam causam, & fit per tertiam actionem, si sit entitas ab aliis distincta, concedo; si sit duntaxat formaliter ab aliis distincta secundum illud duntaxat, quod dicit in obliquo, nego. Relatio huiusmodi est, vt dixi. Vnde dicitur soler, formalites non propriè produci, sed resultare tantum, quatenus producta entitate fundamenti, & termini statim est relatio.

§. II.

*Quænam sint essentia, & proprietates
relationis categoricae.*

C Id est, quænam sit propria definitio relationis prædicamentalis, prout differt à quacunque alia relatione: deinde quid requiratur essentialiter, vt in aliquo subiecto noua exurgat relatio.

Ratio dubitandi primò est præsentim, quod modo terminus relationis sit illi essentialis, quia illud quod est essentiale relationi, & veluti eius forma constitutiva, est intrinsecum relationi: terminus non est extrinsecus relationi, sed omnino extrinsecus: ergo terminus non potest esse relationi essentialis, nec forma eius constitutiva.

Secundò terminus est omnino distinctus à fundamento relationis: ergo est omnino distinctus à relatione, que idem est cum fundamento.

Tertiò: relatio entitatem à solo habet fundamento: ergo ab illo habet essentiam, & specificationem.

Dico secundò, relationem rectè definiti acci-
dens reale, cuius totum esse est ad aliud.

Ratio est, quia per hoc distinguuntur relationes huiusmodi ab aliis omnibus relationibus, & ab omnibus entibus absolutis. Cùm enim totum eius esse sit ad aliud, maximè differt ab entibus absolutis. Cùm sit realis, differt à relationibus rationis. Cùm eius esse respectum sit ad aliud, differt à relationibus secundum dictum, E quorum esse non est respectum, quamvis explicetur per respectum.

Difficilius autem videtur dicere discrimen relationis categoricas à relatione, quæ vocatur trans-
cendentialis. Primo enim non placet explicatio
Caietani, Fonseca, & Suarez, qui volunt relationis categoricas proprium esse, vt terminum res-
piciat purè vt terminum, non exercendo circa illum munus vllum causalitatis; cùm tamen
relatio transcendentialis respiciat terminum vel
vt causam, vel vt effectum. Hoc, inquam,
videtur

videtur difficile, quia potentia respicit obiectum purè ut terminum, &quæ ac pater respicit filium; quia utraque non est minus causa formalis extrinseca. Imò relations omnes, quæ in actione fundantur, sunt predicamentales; & tamen respiciunt terminum ut causam, vel ut effectum. Secundò non placent ij, qui volunt relationem categoricam respicere terminum ut actu existentem, quod negant conuenire relationi transcendentali: sed hoc est aperte falsum, quia nullus est modus, qui transcendentaliter non referatur ad modificatum, cuius tamen actualem existentiam requirit.

Verius itaque dicitur, relationem categoricam esse accidentis subiecti proximi, quod denominat; relationem autem transcendentalem nunquam esse accidentis talis subiecti, seu fundamenti: v. g. paternitas accidentalis est homini; dependentia vero est illi essentialis. Hinc fit, ut paternitas sit relatio categorica; dependentia vero à Deo sit relatio transcendentalis. Fateor quidem relationem transcendentalem esse posse accidentalem subiecto remoto: cognitione v. g. accidens est hominis cognoscens, sed nunquam est accidentalis fundamento, quod appellatur proximum subiectum; v. g. relatio ad obiectum cognitum est essentialis cognitioni, que fundamenrum est talis relationis. Similiter relations transcendentales accidentium sunt accidentales subiectis accidentium, sed sunt essentiales ipsiis accidentibus.

Dico secundò, relationem categoricam necessariò & essentialiter includere fundamento & terminum, sine quibus nec esse, nec intelligi potest; sed ita tamen ut dicat essentialiter & in recto ipsum fundamento; terminum autem connotatur solum & in oblique.

Prima pars facile colligitur ex definitione relationis, quam attuli: nam illa est accidens, cuius totum esse est respicere aliud; id est, cuius totus effectus formalis, quem confert subiecto, est dirigere, seu ordinare illud ad aliud. Vbi manifeste indicatur fundamento ratione cuius aliquid refertur, & terminus ad quem refertur: relatio enim requirit causam aliquam proximam, ratione cuius existat in uno potius quam in altero; v. g. ut paries similis sit alteri parieti, debet esse aliqua causa, & fundamenrum illius similitudinis, alioqui esset similis cūlibet alteri. Huiusmodi causa vocatur fundamento relationis: ergo relatio exigit aliquid fundamento. Sed & necessariò exigit terminum, quia est ad aliud, id est ad terminum, sine quo, ne diuinitus quidem intelligi potest, aut conferuari: hoc enim unicum discrimen est entis absoluti à respectivo, quod illud perfectè significer sine alio extra se; respectuum autem præter seipsum, necessariò exigat etiam aliquid aliud à se.

Secunda pars assert fundamento & terminum, tametsi pertineant ad essentiam relationis, non eodem tamen modo partinere ad constitutionem essentiae illius: duobus videlicet modis fieri potest ut aliquid sit de essentia rei aliuius. Primo ita ut in recto sit ipsa entitas illius: secundò ita ut in oblique connotetur ab eo, & respiciatur: v. g. illud quod est entitas visionis in recto, constitutum est, & essentiale visioni; species nimurum expressa producta in oculo. Illud autem, quod connotatur extrinsecè à

R.P. de Rhodes curs. Philosoph.

A visione in obliquo, est essentiale visioni; color nimurum qui terminat visionem, neque ullo modo est entitas ipsa visione. Nulla igitur relatio est, quæ non dicat fundamento & terminum; sed fundamentum est entitas ipsa relationis, ideo in recto illam constituit: terminus autem non potest dici entitas relationis, neque relatio dici potest esse terminus, sed connotatur tantum à subiecto relationis, & in oblique illam ingreditur. Filius v. g. non est entitas paternitatis, sed id quod respicitur & connotatur à paternitate; ideo illa entitas est ipsa potentia generativa patris, propterea tamen respicit filium.

B Ad primam respondeo terminum relationis Solutiones esse quidem semper extrinsecum fundamento difficultatum; nihil enim refertur ad seipsum; sed esse tamen extrinsecum & essentiale relationis; non tanquam entitatem & rectum relationis, sed tanquam obliquum & connotatum extrinsecum relationi, sed extrinsecum eius fundamento: quanquam in aliquo etiam sensu dici potest, terminum extrinsecum esse relationi, si per esse extrinsecum intelligatur id quod non est in recto, & entitati ipsa relatio.

C Ad secundam respondeo terminum necessariò esse distinctum à fundamento relationis, qua relatio distinguitur à fundamento secundum id quod illa in oblique connotat, non secundum quod illam constituit in recto.

Ad tertiam patet ex dictis, quod relatio totam entitatem habet in fundamento, non absoluè sumpto, sed propterea in oblique connotat terminum.

Sequuntur proprietates relationis, in quibus leuis est difficultas.

Proprietates relationis.

D Prima est, quod posito fundamento & termino, ponitur necessariò relatio; non per veram actionem, sed per resultantiam, ut dixi: quia illis positis, ponitur totum id quod essentialiter exigit relatio, tunc in recto, tunc in obliquo: ergo illis positis, ponitur relatio.

Secunda est, non suscipere magis & minus, nisi secundum sensum vulgi. Similitudo v. g. non suscipit in seipso magis & minus, ita ut una res sit alteri similius quam altera; quamvis dicatur vulgo, illa esse magis similis per maiorem aut minorem accessum ad perfectam similitudinem. Nam v. g. si album ut sex esset similis albo ut septem, quam album ut duo, deberet esse similius in numero graduum; nam essentia albedinis est eodem modo similis in utroque: sed album ut sex non est similius in numero graduum albo ut septem, quam album ut duo, quia eundem non habet gradum: ergo non est reuerba similis, licet secundum sensum vulgi dicatur similis.

E Tertia proprietas est, quod relata sunt simul natura & cognitione, ut parebit ex dicendis de termino relationis.

Quarta est habere contrarium, non ratione sui, sed ratione fundamenti: si enim fundamento sit qualitas, tunc relatio habebit contrarium; si non sit qualitas, contrarium non habet.

SECTIO II.

De distinctione relationis à fundamento,
& termino.

Explícata generatim essentia relationis, quæ cit essentialiter fundamentum quod respicit aliud, & terminum, qui respicitur, præcipua totius huius materiæ difficultas est, vtrum relatio illa, sive habitudo & ordo fundamentum ad terminum, sit aliqua entitas illis superaddita, & ab viro distincta. Qua in controversia tripliciter Authores diuersi sunt. Primi volunt aliqui, relationem realiter distinguiri, aut saltem modaliter. Secundi alii negant, illam distinguiri etiam conceptu. Tertiū alii statuant, relationem distinguiri formaliter, & per rationem à fundamento; realiter autem ab ipso termino: quæ tria examinan-
da loco hoc sunt.

§. I.

Vtram relatio realiter distinguitur à
fundamento.

Prima dubitandi primi est, quia illa distin-
guuntur realiter, quæ possunt separari: rela-
tio similitudinis, quam habet paries albus, ad alterum parietem album, potest ab illo separari; si enim destrueratur alter ille paries, manebit albedo in uno, & non manebit similitudo: & antequam fiat secundus paries albus, albedo est in uno pa-
riete, in quo non est similitudo. Item puer qua-
tuor annorum est homo, & non est pater: ergo relatio separatur realiter à fundamento, & ab eo
distinguitur. Imò interdum crescente fundamen-
to, relatio decrescit, & contrà; si enim duo sint pa-
rietes, unus albus ut ostio, alter albus ut qua-
tuor, & à pariete albo ut octo tollantur quatuor
gradus, decrescit albedo, & crescit similitudo;
ergo albedo non est realiter similitudo.

Secondi ex effectu for-
mali.

Secunda ex effectu for-
mali.

Secundū forma posita in subiecto communicat
necessariò illi suum effectum formalem, v.g. im-
plicat intelligi albedinem in pariete, & parietem
non fieri album; effectus enim formalis non est
aliud quāma forma in subiecto: sed si relatio iden-
tificatur cum fundamento, forma erit in subiecto
sine suo effectu formalis; nam in pueru quatuor
annorum erit tota forma paternitatis, quæ tamen
puerum non denominabit patrem: ergo relatio
non est identificatur cum fundamento. Deinde quan-
do illi homini, qui prius non erat pater, aduenit
paternitas; vel aliquid reale illi aduenit, vel
nihil. Si aliquid: ergo paternitas distinguitur ab
illo fundamento. Si nihil: ergo relatio est nihil,
quod nemo dixerit. Neque dicas, aduenire illi
aliquid extrinsecum; nam relatio nullo modo
prius erat, alioqui puer erat pater: relatio est ali-
iquid intrinsecum: ergo adueniente relatione non
aduenit tantum aliquid extrinsecum.

Tertiū: illud quod est accidens realiter, ne-
cessariò distinguitur realiter ab eo quod est sub-
stantia: relatio est verè ac propriè accidens, fun-
damentum autem sibi est substantia; nam Pe-
trus in ratione hominis est similis Paulo: ergo
relatio distinguitur realiter à fundamento. Ne-
que dicas, accidens metaphysicum non distingui
necessariò à substantia. Sed contrà. Implicat ali-
iquid causari & dependere realiter à seipso: sed ac-
cidens necessariò pender à substantia, cui inhæ-

Aret: ergo accidens necessariò distinguitur à sub-
stantia, siveque sicutum est omne accidens meta-
physicum. Confirmatur, quia dependere est in al-
qua re pendere ab alio: ergo dependencia realis
est dependencia ab alio realiter diverso. Vel ergo
dependencia illa relationis à fundamento est fi-
cta, & sic relatio non est accidens nisi fictum; vel
est realis, & sic relatio realiter distinguitur à fun-
damento, quia nihil realiter penderet à seipso.

Dico primi. Relatio nec realiter, nec modali-
ter distinguitur à fundamento, & termino. Ita
consent Scotus & Nominales, aliquique plures re-
lati à Suarez, Vasque, Auera; iudic. expreſſe sic
traditur ab Augustino lib. 5. c. viii. cap. 16. Ansel-
mo in monologio, cap. 24. Damasceno & aliis.
Contraria sententiam communius docent Thomistæ,
non autem S. Thomas, ut late probat Huc-
tadus diff. 15. Metaphys. §. 8.

Ratio autem est primi, quia illa non distin-
guuntur realiter, quæ nulla vi possunt separari:
relatio nulla vi potest separari à fundamento &
termino; v. g. Petrus & Paulus nulla vi existere
possunt sine similitudine in natura: duo paries
albi nulla vi existere possunt sine similitudine in
qualitate: ergo relatio non est distincta realiter à
fundamento & termino. Minor probatur. Illa sunt
necessariò similia, quorum unum se habet sicut
aliud: si duo paries sint albi, vnu necessariò
se habet sicut alias: ergo si duo paries sint albi,
nulla vi effici potest vt vnu non sit sicut aliud.
Imò duas quantitates bipalmates praecisa quaque
alia entitate per intellectum sunt realiter
æquales, & implicat vt non sint æquales: Petrus
& Paulus praecisa per intellectum entitate qualibet
superaddita sunt inter se distincti, & similes
in natura: ergo frustra est entitas qualibet alia
superaddita.

Secundi: si relatio est distincta realiter à fun-
damento, necessariè est vt infinitè producantur en-
titates, quarum excogitabilis non est causa illa
productiva; quod probo. Si enim producunt hic
de novo liliū, debet necessariò produci entitas
nouæ relationis in omnibus albis, que sunt in
India, & entitas dissimilitudinis in omnibus que
non sunt alba, & non sunt lilia. Ad motum digi-
ti vniū producetur noua entitas realis distan-
tia per totum mundum, & iuxta successione
mutabitur infinites hæc entitas. Tunc autem
non est excogitabilis causa, quæ talen producat
entitatem, & illa tamen si realis est, debet rea-
lē habere causam à qua producatur realiter.
Nascatur v. g. nullum toto in mundo, erit ens
in quo non fiat aliqua noua produc̄io. Quis au-
tem dinumeret illos modos qui producentur in
re qualibet? Cū enim nullum sit ens, quod
mille modis non possit comparari ad alia per di-
stinctionem, distantiam, similitudinem, dissimi-
litudinem, maius & minus; certè nihil erit in
quo singulis instantibus non producantur infiniti
modi.

E Tertiū sequitur dari processum infinitum, quia
vna similitudo est similis alteri per veram simili-
tudinem; si hæc est separabilis & distincta, ite-
rum hæc per aliam & aliam similis erit in infi-
nitum.

Ad primam respondeo ex nuper dictis, duo scilicet
reperiri necessariò in qualibet relatione: vnum pote-
quod constituit illam in recto, alterum quod fun-
damentum respicit in obliquo. Ceterum est relatio-
nem separari posse à fundamento secundum id
quod relatio connotat in obliquo; nego autem
posse

posse separari secundum id quod illa connotat in recto. Quando unicus est paries albus, habet relationem totam similitudinis secundum id totum quod constituit illam in recto, non secundum id quod connotat in obliquo. Quod additur, crescere aliquando relationem decrecentem fundamento, & contraria, difficultatem non habet; quia dixi relationem non suscipere magis & minus, nisi secundum sensum vulgi; unde totum corrut argumentum, quamus solui etiam posset eadem adhibita distinctione recti & obliqui.

Instans.

Instabis: ubi est aliqua denominatio intrinseca separabilis, ibi est forma intrinseca separabilis: denominatio relatiui adueniens albedini absolute, est intrinseca & separabilis, ut pater: ergo est etiam forma intrinseca & separabilis. Deinde quando non est nisi vna albedo, illa nullo modo est respectiva, sed est ens simpliciter absolutum; non enim potest vlo modo dici similis ei similitudo. Puer quoque quatuor annorum non est vlo modo, etiam inadæquatè, pater: ergo ut de nouo sit intrinsecè ac adæquatè pater, debet de nouo aduenire illi aliquid intrinsecum; quomodo enim fieri potest intrinsecè id quod prius intrinsecè non erat, si nihil ei adueniat intrinsecum. Denique quero de illo recto quod constituit rationem, vitrum sublatu termino sit relativum inadæquatè; si enim est relativum: ergo puer denominari potest pater inadæquatè; si non est relativum: ergo illi aduenit de nouo esse relativum.

Resp. distinguendo primam maiorem: ubi est denominatio intrinseca separabilis secundum id quod dicit in recto & in obliquo, ibi est forma separabilis, concedo: ubi est denominatio separabilis tantum secundum id quod dicit in obliquo, ibi est forma separabilis, nego. Sæpe autem dixi, sublatu termino relationem tolli duntaxat secundum id quod connotat in obliquo.

Tota verò difficultas est, vitrum rectum illud relationis, sive fundamentum, sublatu termino, quod est connotatum obliquum, maneat formaliter respectivum, saltem inadæquatè. In eo enim tota est vis argumenti. Respondeo autem illud nullo modo est actu respectivum, sed tantum fundamentaliter; ita videlicet, ut ex parte ipsius nihil desit ut sit respectivum, sed tantum terminus extrinsecus, quo posito sine mutatione vlla intrinseca erit actu respectivum, cum antea non esset tale nisi potentia, ex defectu nimis solius termini; eo enim accidente completer illa potentia, & sit actualiter respectivum; semper enim dicendum, illud habere totum, quod est necessarium ex parte ipsius, ut sit respectivum intrinsecè; sed illud tamen actu non est respectivum ex defectu complementi extrinseci, quo sublatu illud intrinsecum non est respectivum.

Ad secundam respondeo formam aliam esse absolutam, aliam respectivam: absoluta est qua denominat suum subiectum eo ipso quod illi inheret absque alio extrinseco; effectus enim eius formalis non dicit nisi talem formam in subiecto, & non dicit aliquid extrinsecum; ideo denominat subiectum eo ipso, quod est in subiecto. Respectiva illa est, que non denominat sola subiectum in quo est, nisi adsit aliquid extrinsecum, quod respiciat; quia scilicet effectus eius formalis est forma in subiecto prout respiciens aliud: unde si sola sit, non est forma, nec con fert vlo modo effectum formale. Unde ad argu-

R.P. de Rhodes curſ. Philosoph.

A mentum: forma positâ in subiecto communicat illi effectum suum formalem, si forma sit absolute, que dicat tantum seipsum in subiecto, concedo; si forma sit respectiva, que non dicat tantum seipsum in subiecto, sed essentialiter dicat vnum in recto, & alterum in obliquo, nego. Huiusmodi autem relatio est, ut dixi. Vel etiam idem erit si dicas: Forma positâ in subiecto secundum totum quod dicit, tum in recto, tum in obliquo, communicat illi effectum formalem, concedo: forma positâ in subiecto inadæquatè tantum secundum id quod dicit in recto, tribuit illi effectum formalem, nego. Rectum illud solitariè sumptum nullo modo est forma relativa. Sicut quia binarius numerus essentialiter dicit duas unitates, sublatu vna, nullo modo manet formaliter binarius. Quando illi homini qui prius non erat pater, aduenit paternitas, nihil ei aduenit, quod sit de essentia paternitatis in recto; aduenit aliquid quod sit de essentia paternitatis in obliquo. Hoc autem intrinsecum est relationi paternitatis, licet extrinsecum sit Patri, ut saepe dixi.

Instabis primò. Aduenit tunc tota relatio paternitatis adæquatè formaliter; nam illa prius stantia, nullo modo erat, etiam inadæquatè: relatio illa est aliquid intrinsecum fundamento: ergo aduenit aliquid intrinsecum fundamento, quod proinde realiter ab ipso distinguitur.

Resp. negando aduenire tunc relationem totam formaliter adæquatè, quia illa tunc non aduenit secundum id quod dicit in recto, sed secundum illud duntaxat, quod dicit in obliquo; illud tamen rectum non est relatio formaliter vlo modo, donec adueniat ei obliquum, quod non est relatio, alioqui esset rectum; sed connotatur à relatione. Relatio enim formaliter sumpta duo dicit, rectum & obliquum; vnum quod respicit, alterum quod respicitur. Posito recto antequam adueniat obliquum, nullo modo est relatio formaliter, quamvis sit relatio secundum id quod dicit in recto; neque tamen tota relatio sumpta formaliter aduenit, quia non aduenit secundum id quod dicit in recto. Sicut quando de nouo fit homo, cuius corpus antea erat, ille non erat prius formaliter, & tamen non sit adæquatè, quia non sit secundum materiam.

Instabis secundò. Id quod nunc est formaliter, cùm prius nullo modo esset formaliter, nunc adæquatè sit formaliter: relatio paternitatis nunc est formaliter, cùm antea nullo modo esset formaliter; ergo relatio paternitatis nunc adæquatè sit formaliter.

Resp. distinguendo maiorem: id quod nunc est formaliter, cùm prius nullo modo esset formaliter secundum id quod dicit formaliter, tum in recto, tum in obliquo, nunc sit adæquatè formaliter, concedo; cùm prius nullo modo esset formaliter secundum illud solum quod connotat in obliquo, nego: id est, si nullo modo erat formaliter ex defectu solius obliqui, nego; ex defectu recti, & obliqui, concedo.

Ad tertiam resp. aliud esse accidentis physicum, Solatio aliud metaphysicum: quidquid est extra rei es- tentiam, dicitur accidentis; sed si realiter sit extra essentiam, est accidentis physicum realiter ab ea distinctum; si autem per solum conceptum sit extra essentiam, accidentis est metaphysicum, sola nimis ratione distinctum à substantia, sicut esse risibile, admirativum, &c. accidentia sunt

690 Philosophiæ Peripat.Lib.IV.Disp.IV.

metaphysica, quia non sunt de primo conceptu rei, neque tamen distinguuntur realiter à substantia, sed conceptu tantum. Huiusmodi accidentis est relatio, quod non realiter, sed per solum conceptum penderet à substantia, cum non sit accidentis nisi per conceptum. Nihil ergo pendere potest realiter à seipso, quamvis per conceptum pendere possit à seipso sub alia formalitate. Nam pendere realiter, est pendere ab alio realiter distincto: pendere autem per conceptum, est pendere ab alio distincto per conceptum. Illa dependentia relationis à fundamento nullo modo est facta, sicut distinctio rationis non est facta, quia est per intellectum cum fundamento in re; id est neque facta dici debet, neque realis, nisi fundamentaliter: formaliter autem est per intellectum, cum fundamento in re. Similiter ergo nihil realiter in hæc potest sibi ipsi, sed per conceptum cum fundamento in re, in hæc sibi ipsi aliquid potest; quo modo accidentis metaphysicum inheret, id est concipiatur cum fundamento in re illi in hæc.

Instantia.

Instabis: eodem modo ens diuiditur in substantiam & accidentem, quo diuiditur in ens creatum & in creatum: sed ens increatum & creatum necessariò distinguuntur realiter per differentias essendi à se & ab alio: ergo substantia & accidentis realiter inter se distinguuntur per differentias essendi in se, & in alio.

Resp. distinguendo maiorem: ens eodem modo diuiditur in substantiam, & accidentis physicum, quo diuiditur in ens creatum & in creatum, concedo; eodem modo diuiditur in substantiam & accidentis metaphysicum, nego.

S. II.

Vtrum relatio formaliter & per conceptum distinguitur à fundamento & termino.

Sententia negans.

Qvia difficultum est intelligere, quomodo aliqua res incipiat de novo referri sine vlla sua mutatione, cum prius non referretur per solam mutationem alterius extremi; propteræ Recentiores quidam Philosophi, ut hoc explicit, negant relationem esse vlo modo distinctam, etiam per conceptum ab extremis, que refurunt; atque adeo negant illam esse formam aliquam respectuum, sed esse ipsam entitatem absolutam extremi vtriusque, & corum puram coexistentiam: v.g. inquit, similitudo duorum parietum alborum non aliud est, etiam per rationem, quā hunc paritem esse album, & illum esse album: & dissimilitudo est, vnum paritem esse album, & alterum esse nigrum. Omnis autem ordo & respectus, qui præterea cogitatur, fictitus est, non autem aliquid reale ex parte obiecti.

Prima ratio dubitandi.

Ratio vero dubitandi est primò, quia vnum album incipiente altero albo, denominatur illi simile sine vlla mutatione per solam vtriusque coexistentiam: ergo similitudo non est aliquid distinctum ratione, à coexistentia vtriusque albi. Probatur antecedens: per illud vnum album est simile alteri, quo posito, sublati etiam per intellectum omnibus aliis, intelligitur esse simile, & implicat ut non intelligatur simile: sed positâ coexistentiâ duorum alborum, præcisus per intellectum omnibus aliis, intelliguntur illa esse similia: ergo sola coexistentia rerum absolutarum est formaliter relatio, etiam per conceptum. Confirmatur. Illa non distinguuntur formaliter,

A quorum vnum non potest concepi sine altero: sed implicat concepi fundatum & terminum, quin intelligatur relatio, nam implicat concepi duos paries albos, quin concipiunt similes; illa enim sunt similia formaliter, quorum una est qualitas: ergo non distinguuntur formaliter relatio à fundamento & termino. Ind Petrum & Paulum esse similes in natura humana, nihil aliud est nisi Petrum esse hominem, & Paulum esse hominem.

B Secundò: terminus vel est essentialis & intrinsecus relationi, vel est extrinsecus & accidentalis. Si est intrinsecus: ergo terminus est saltem inadæquat ipsa relatio aquæ ac fundatum, & sic filius est inadæquat pater. Ind falsa est allata definitio relationis, cuius totum esse est ad aliud; si enim est ad aliud, necessario illud aliud est extrinsecus relationi: si autem terminus est extrinsecus relationi, sequitur posse aduenire alicui nouam denominationem intrinsecam sine mutatione vlla intrinseci; relatio enim similitudinis est intrinseca fundatum, qua illi aduenit sine noua forma intrinseca. Et confirmatur, quia ibi est tota forma intrinseca rei, vbi est tota res: sed ante aduentum termini, est in fundamento tota res & entitas intrinseca relationis: ergo est tota relatio.

C Tertiò, quotiescumque paries habet totum quod est intrinsecum ac formaliter necessarium ad rationem similitudinis, potest dici similes alteri: sed destrueto altero pariete, paries albus habet totum quod est intrinsecum necessarium ad rationem similitudinis: ergo potest dici similes alteri.

Dico secundò, relationem non esse formaliter solam entitatem absolutam fundamenti & termini, sed esse formaliter aliquid respectuum, ratione distinctum à fundamento & termino. Ita omnino dicere tenentur omnes qui cum Aristotele volunt dari categoriam relationis distinctam ab omnibus aliis categoriis; nam illam penitus negant omnes illi, qui volunt relationem formaliter esse duas entitates absolutas.

D Primò ergo conuincuntur illis omnibus argumentis, quibus probatum nuper est, dari relationes categoricas. Quia ens formaliter respectuum distinguuntur conceptu ab ente formaliter absoluto: relatio ut sic est ens formaliter respectuum: ergo relatio ut sic distinguuntur conceptu ab entitate absoluta fundamenti & termini. Pater enim quod si relatio non est ens formaliter respectuum, non constituit categoriam ab aliis distinctam.

Deinde id quod non est essentialie rei, sed est posterius essentiæ, distinguuntur ratione ab essentiæ; hoc enim est esse accidentis metaphysicum: relatio categorica non est essentialis rei, aliqui non differunt à transcendentali: ergo relatio categorica distinguuntur à fundamento & termino, saltem ratione.

Præterea paternitas est vera relatio, aliqui Deus Pater non haberet relationem realem ad Filium: sed paternitas est aliquid respectuum ratione distinctum ab entitate absoluta fundamenti & termini: ergo relatio est aliquid respectuum ratione distinctum ab entitatis absolutis extremonum. Ind si relatio non esset aliud quam entitas absoluta extremonum, & eorum coexistentia, sequeretur quod omnes homines essent sibi mutuo Pares. A priori ergo ratio est, quia non dicimus duntaxat, *Petrus est albus, & Paulus* est

est albus; sed, Petrus est albus sicut Paulus est albus: ergo similitudo non est formaliter albedo absoluta extremi virtusque.

Solutio pri-
ma dubit. Ad primam respondeo negando, quod unum album sit simile alteri albo per solam virtusque co-existentiam; sit enim simile per verum respectum realis distinctum ratione ab virtusque co-existentia. Ad probationem negatur illa minor: posita co-existentia duorum alborum, præcisus per intellectum omnibus aliis, illa intelliguntur esse similia. Negatur, inquam, quia et si non sit necesse ut superaddatur illi co-existentia aliquid distinctum realiter, superaddi tamen debet aliquid distinctum ratione; nam esse simile, non est vestigium tantum duo aliqua esse alba, sed est unum esse album sicut aliud est album. Ad confirmationem eadem responsum est. Respondeo enim posse concipi duo aliqua esse alba, quin concipientur esse similia, quia similia sunt ea quae vna est qualitas; sed possum concipere duo esse alba, quin concipiā vnum habere qualitatem vnam cum qualitate alterius, id est illas qualitates esse vnam, id est inicem conuenire; non enim necessarii concipio vnum esse album sicut aliud.

Solutio se-
cunda. Ad secundam respondeo, terminum esse relationi essentiali in obliquo & connotatiū, ut dixi; posse autem in uno sensu dici esse intrinsecum relationi, in altero autem sensu posse dici extrinsecum. Intrinsecus dici potest, si significatur esse aliquid quod ingreditur aliquo modo intrinsecum & essentialiē eius conceptum: extrinsecus verò dici potest, si significetur, illum non esse in recto, & entitatiē ipsam relationem. Quidquid autem dicatur, parum interest; si enim dicatur intrinsecus tantum connotatiū ac in obliquo, non sequitur paternitatem esse inadequare in Filio, cùm relatio non sit in Filio, sed respiciat Filium, atque adē respiciat verè aliud, id est aliquid distinctum à fundamento, & ab ipsa etiā entitate relationis, que adæquate est in eo quod dicitur in recto, licet sit in ordine ab obliquum.

Si autem dicatur, terminum extinsecum esse relationi, quia connotatur ab ea, & est eius obliquum; non sequetur posse advenire alicui denominationem patē intrinsecam sine mutatione intrinsecā; relatio enim intrinsecā est secundum id quod dicit in recto, extrinsecā secundum id quod dicit in obliquo, quamvis vtrumque sit illi essentiale, sed diuerso modo. Ad confirmationem sæpe dictum est, ibi esse totam formam intrinsecam rei, vbi est tota res, tum secundum id quod dicit in recto & entitatiē, tum secundum id quod dicit in obliquo, & connotatiū.

Neque dicas, nihil esse magis intrinsecum rei, quād quod est de eius essentia, qui est intrinsecus eius conceptus; redit enim eadem distinctio: nihil est magis intrinsecum rei, quād quod est de illius essentia in recto & entitatiē, concedo; quod est de illius essentia in obliquo & connotatiū, nego.

Solutio ter-
tia. Ad tertiam pater ex modo dictis, negari primò posse minorem, quia terminus in obliquo dici potest intrinsecus relationi. Deinde negari etiam posse maiorem: quoiescumque paries habet totum quod formaliter & intrinsecè necessarium est ut sit similis, potest dici similis; quia cùm similitudo sit forma partim intrinseca, partim extrinseca, ut paries dicatur similis, necesse est ut adhuc totum quod necessarium est, tum extrinsecè, tum intrinsecè ad similitudinem.

A Ex quo colligitur, quod tertium proposueram, relationem adæquate sumptam non distingui reliter etiam à termino; distingui autem secundum id quod illa dicit in recto, & entitatiē.

SECTIO III.

De fundamento relationis categorice, & de ratione fundandi.

E Xposui hactenus quidditatem relationis, nunc exponenda sunt signatae duo extrema, quæ illam quasi construant. Primum autem est fundatum, seu causa proxima, cur in aliquo sit relatio; de quo vñica restat controversia, quotuplex videlicet illud sit, seu quænam res possit esse fundamentum relationis categorice: vbi primò videndum est, vtrum commode fundamenta relationum, & relationes dividantur in tria genera: secundò, quod est difficilior, vtrum relatio possit esse fundamentum alterius relationis.

§. I.

Vtrum fundamenta relationum, & relationes recte dividantur in tria genera.

C Ertum est primò, Aristotelem 5. Metaphysic. cap. 5. tria statuere genera eorum, quæ sunt ad aliquid. Primum genus illud est, quod fundatur in unitate naturæ, aut multitudine: secundum, quod fundatur in potentia actiua, vel passiva: tertium fundatur in mensura & mensurabili. Nomine unitatis non intelligitur unitas propriè dicta, sed similitudo tantum & conuenientia: nomine autem multitudinis significatur disconuenientia, quæcumque illa sit; patet enim, quod conuenientia, & disconuenientia possunt esse vel in natura, vel in extensione, vel in intentione graduum. Nomen potentiae actiuae causam significat, à qua effectus producitur: potentia passiva significat effectum productum; unde sub hoc genere continentur relationes omnes cause ad effectum, & effectus ad causam; deinde relationes omnes effectuum procedentium ab eadem causa; deinde illæ quæ fundantur in morali quadam actione, ut relationes serui ad dominum, aut conjugum inter se. Nomine mensura illud intelligitur, per quod cognoscitur, & limitatur quantitas aut perfectio alterius: v.g. obiectum dicitur esse mensura potentiarum, quarum perfectio cognoscitur ex obiectis. Mensurable appellatur id, cuius perfectio cognoscitur & limitatur per aliud, ut potentia cognoscitur per obiectum, cui necessario commensuratur.

E Certum est secundò, divisionem hanc in tria genera fore optimam, si omnia illa membra divisionis inter se distincta sint; si omnia participant veram definitionem relationis; & demum si praeter tria illa nullum sit excogitabile genus relationis practicentalis: quæ tamen omnia video à quibusdam negari.

Ratio enim dubitandi primò est, quia unitas & multitudine relationes sunt, non autem fundamenta relationum: ergo relationes primæ non fundantur in unitate, aut multitudine. Indò cùm multitudino negatio sit, non potest dici esse fundamentum relationis positivæ.

Secundò fundamentum relationis est necessarium intrinsecum extremo quod referunt: actio, que

692 Philosoph. Peripat. Lib. IV. Disp. IV.

fundat relationem secundi generis, est extrinseca
ēpsī agenti: ergo relationes secundi generis non
fundantur in actione.

Tertio relatio potentiae ad obiectum essentialis
est, non autem categorica: ergo mensurabilis non
est fundamentum relationis. Imò si categoricæ
sunt relationes tertij generis, reuocantur ad se-
cundum genus; nam ad illud secundum genus
pertinent quæcumque dicunt ordi nem ad poten-
tiam agendi, & actionem: sed mensura & mensu-
rabilis dicunt huiusmodi ordinem, quia mensu-
rabilis significat potentiam quamlibet, vel habi-
tum, cuiusmodi sunt intellectus, voluntas, scien-
tia: mensura vero significat obiectum, quod at-
tingi potest à potentia vel habitu: ergo frustra
ponitur tertium istud genus relationum. Deni-
que si mensurabile, seu potentia dicit ordinem
ad obiectum, mensura qu oque ordinem dicit ad
mensurabile: negatur tamen à Philosopho, quod
scibile relationem habeat ad scientiam.

Conclusio affirmativa.

Relations primi gene- ris.

Dico primò, relationes optimè in tria genera
diuidi, adeò ut revera sint categoricæ relationes
fundatae in unitate aut multitudine, in poten-
tiis actiuis aut passiuis, in mensura & mensu-
rabilis.

Primo enim, quod relationes fundatae in uni-
tate aut pluralitate relationes sint categoricæ,
probatur, quia respectus realis, & non essentia-
lis fundamento proximo, est relatio categorica:

illa quæ habent unitatem aut multitudinem, ha-
bent respectum realem, & non essentiam; simili-
tudo enim separabilis est ab illis quæ similia
inuicem sunt, ut patet: ergo relationes primi ge-
neris sunt categoricæ.

Secundò eadem ratio valet pro relationibus se-
cundi generis, id est causalum ad effectus, &
effectuum ad causas; patet enim illas separari de-
structo termino. Imò & valet eadem ratio pro
mensura & mensurabili, quia limitari & cognosci
obiectum quod actu existit, & actu percipitur, est
respectus aliquis potentiae ad obiectum separabilis
à potentia, id est ratio est prædicamentalis: ergo
mensurable fundamentum est relationis ca-
tégoricæ; differentia enim propria eius est co-
gnosci & limitari per aliud.

Ad primam respondeo nomine unitatis funda-
mentalism, quam dixi fundamentum esse relationes
primi generis, significati rem illam, quæ
talem habet unitatem, non ipsam unitatem, quæ
relatio est: v. g. natura Petri fundamentum est
similitudinis, quam habet Petrus ad Paulum: si-
militudo autem relatio est. Verum est, quod mul-
titudo & distinctio formaliter sumptæ aliquam
habent negationem, ratione cuius non fundant
relationem; sumptæ tamen materialiter positivæ
sunt, & fundant relationem dissimilitudinis, quæ
tamen dici potest relatio partim positiva & nega-
tiva; sicut multitudo partim est positiva, partim
negativa.

Ad secundam respondeo relationem secundi
generis esse intrinsecam agenti, quia actio non
est fundamentum illius, sed tantum ratio fundan-
di. Fundamentum enim relationum huius-
modi est ipsa entitas causæ, prout est productua
talis effectus: potentia v. g. generativa in homine
fundamentum est paternitatis; generatio autem
est ratio fundandi tantum, id est conditio ad
fundandam relationem necessariò requisita: ma-
net enim relatio etiam postquam actio præ-
terita est.

Solutio ter-
tiæ.

Dices, si actio præterita sufficit ad relationem,

A sufficit etiam actio futura. Verum manifesta dif-
paritas est, quia relatio exigit terminum exi-
stentem; non existit autem quando actio est
tantum futura; existere potest tamen est pra-
terita.

Ad tertiam resp. relationē potentiae ad obiectum
actu existens, & actu perceptum esse accidentia-
lem, non transcendentalē. Cum enim obiectum
possit non existere actu, respectus ad illud
existens est sine dubio separabilis à potentia. Fa-
teor tamen transcendentalē esse respectum poten-
tiae ad obiectum sub ratione mensura apud
dinalis, præscindendo ab eo quod actu existat &
actu cognoscatur. Deinde nego relations ita
posse reuocari ad relationes tertij generis; quia ut
sic non dicunt ordinem ad potentiam agendi, &
actionem, etiā aliunde dicere possint istum ordi-
nem. Consistit enim præcisē genus istud relationis,
quod perfectio unius sit alterius perfectioni
commensurata. Tamen vero potentia dicit ordinem
ad obiectum, non habet tamen ordinem obiectum
ad ipsam potentiam; quia potentiam men-
surari per obiectum, est aliquid intrinsecum poten-
tiae; obiectum autem esse mensuram potentiae,
denominatio est extrinseca in obiecto. Vnde cer-
tum est, non omnem relationem categoricam
esse mutuam.

S. II.

C *Vtrum possit una relatio fundare aliam
relationem.*

S Ic breuiter propositis iis, quæ possunt fun-
dere relationem, grauis sequitur controvēsia,
vtrum possit una relatio esse fundamentum relationis
alterius; v. g. vna similitudo esse funda-
mentum alterius similitudinis; quia sicut due al-
bedines sunt inter se similes, sic due similitudi-
nes sunt similes inter se: neque dubitari potest,
qui inter se similes sint due paternitates.

Ratio ergo dubitandi primò est, quia vitri nō
non potest processus in infinitum, si una relatio bīa-
funder aliam; si enim una relatio funder vnam
aliam relationem, rursum ista fundabit aliam ter-
tiam; est enim similis secunda, & tercia fundabit
quartam; sicutque vbiicumque una erit relatio,
erunt infinitæ reales relations, quod omnino
implicat, ut patet: non enim minus impossibilis
est progressus infinitus in formalitatibus, quam in
entitatis realiter distinctionis, ut sèpè dixi.

Secundò, actio non potest fieri per aliam
actionem: ergo neque relatio potest fundare
aliam relationem. Probatur consequentia; idèo
actio non fit per aliam actionem, quia essenti-
liter est actio: quod autem essenti-liter est tale,
seipso est tale: sed relatio est essenti-liter relatio;
similitudo v. g. est essenti-liter similitudo: ergo
seipso est relatio, non autem fundat aliam rela-
tionem.

Tertiò si una relatio fundat aliam relationem,
erunt in diuinis plures relations, quām quatuor,
quod repugnat omnibus Theologis.

Dico secundò, potest una relatio fundare altam relationem
diversa rationis; non potest fundare min-
oriam relationem eiusdem rationis: v. g. paternitas
fundare potest relationem similitudinis; simili-
tudo autem non potest fundare relationem al-
teram similitudinis. Ita docent Theologi plures
cum Scoto: refragantur alij etiam plures cum
S. Thoma 1. p. 4. q. 42. art. 4. Relationem
diversa

diuersæ rationis voco eam, quæ terminum formalem habet diuersum, ut paternitas & similitudo; similitudo & dissimilitudo. Relationem eiusdem rationis eam dico, quæ terminum formalem habet eiusdem rationis, ut duæ similitudines.

Relatio fundat aliam diuersæ rationis.

Ratio ergo, cur relatio vna possit esse fundatum relationis diuersæ rationis, est quia duæ paternitates non minus similes sunt, quam duæ albedines: sed duæ albedines relationem habent similitudinis: ergo illam etiam habent duæ paternitates; nam duæ albedines ideo sunt similes, quia participant eandem naturam: duæ autem paternitates haud dubie participant eandem naturam & definitionem. Similiter relatio paternitatis, & relatio domini, non minus sunt dissimiles, quam albedo & nigredo: ergo non minus habent relationem dissimilitudinis. Deinde quotiescumque multiplicantur termini formales, multiplicari debet relatio: sed hic multiplicantur termini formales; terminus enim paternitatis est homo genitus; terminus autem formalis huius similitudinis est ipsa paternitas. Denique nullum sequitur ex absurdis, quia opponebantur, quia non dabatur progressus in relationibus, ut patet statim.

Non aliam eiusdem rationis.

Ratio autem, cur vna relatio non possit fundare aliam relationem eiusdem rationis, illa est, quæ afferebatur in ratione dubitandi. Primo infinitus progressus. Secundo, quod est essentialiter tale, seipso est tale, similitudo autem est seipsa similitudo. Tertio, quando sit progressus ad aliquid eiusdem rationis, cum eo à quo incepit progressus, sistendum est in primo quo; si autem similitudo esset similis per aliam similitudinem, fieret progressus ad aliquid eiusdem rationis: ergo sistendum est in prima similitudine, quæ per seipsum similis est sine similitudine superaddita.

Solutio prima dubit.

Ad primam patet ex dictis responso; si enim vna relatio fundet aliam relationem eiusdem rationis; dabatur processus in infinitum; non dabatur autem si fundet relationem diuersæ rationis.

Instantia.

Instabis: vna similitudo est similis alteri similitudini: ergo refertur ad aliam similitudinem, & sic fundat aliam relationem similitudinis.

Solutio secunda.

Respondeo, similitudinem esse seipso similem alteri similitudini sine similitudine superaddita; quia essentialiter est similitudo, sicut actio seipso fit, & per ipsam fit terminus: vno vnit duo extrema, & per seipsum vniuit.

Instantia.

Ad secundam respondeo actionem, ut dixi, non fieri per aliam actionem; quia essentialiter est actio. Distinguitur autem consequentia: ergo relatio vna non fundat aliam diuersæ rationis, nego; aliam eiusdem rationis, concedo. Relatio enim essentialiter est relatio eiusdem rationis, v.g. similitudo essentialiter est similitudo: sed relatio non est essentialiter relatio diuersæ rationis: paternitas v.g. non est essentialiter similitudo, & similitudo non est essentialiter dissimilitudo.

Instabis. Similitudo non est essentialiter similitudo similitudinis; nam certum est, quod à similitudine potest separari similitudo similitudinis: v.g. duo alba possunt esse inter se similia, quin eorum similitudo similitudinem habeat cum aliis duobus albis: ergo similitudo potest fundare aliam similitudinem: ergo vna relatio

A potest fundare aliam relationem eiusdem rationis.

Respondeo eiusdem rationis eam appellari, qua habet eundem terminum formalem; v.g. duo alba sunt similia inter se, & haec duas similitudines sunt inter se similes, & quidem essentialiter, ut patet; implicat enim ut partes A, sit similis parieti B, quin paries B, sit similis parieti A. Relatio autem diuersæ rationis vocatur, quando termini formales multiplicantur, v.g. duo alba similitudinem habent inter se; quia similitudo similis est similitudini, quam habent alia duo alba. Patet enim, quod tunc termini formales multiplicantur. Vnde ad argumentum distinguo maiorem. Similitudo non est essentialiter similitudo similitudinis, quando termini formales non multiplicantur, concedo; quando illi multiplicantur, nego. Vnde semper verum est, quod relatio non potest fundare aliam relationem eiusdem rationis, id est inter eosdem terminos formales; potest autem fundare aliam relationem diuersæ rationis, id est inter diuersos terminos formales; sic enim nullo modo sequitur progressus infinitus, sicut ille sequeretur in priore casu; quia reperiunt non possunt infiniti termini formales diuersi: quoties enim illi multiplicabuntur, multiplicari poterit relatio; si autem non multiplicantur, relatio etiam non erit multiplex.

C Ad tertiam respondeo, relationem vnam finitam in genere relationis posse fundare aliam relationem diuersæ rationis; si autem infinita fuerit relatio, non poterit illam fundare; quia relatio eo modo infinita includit virtualiter omnem alium respectum: vnde non sunt in Deo nisi quatuor relations, in quibus continentur relationes similitudinis, distinctionis, oppositionis, &c. sed hoc spectat ad altiorent suggestum.

Solutio tertia.

SECTIO IV.

De termino relationis categorice.

D

Certum est primum, nullam esse relationem, quæ non essentialiter exigat terminum, quem exigentia extrinsecè connotet; quia totum esse relationis termini, est ad aliquid: quod est, relationis totum officium esse respicere terminum.

Secundum est secundum, terminum esse relationis essentialiale connotativum dumtaxat & extrinsecè, est essentialis in obliquo modo pars relationis, neque posse dici vlo modo partem relationis, sed connotatum dumtaxat illius essentialis; sicut quo & connotativum, licet essentialiter connotetur à visione,

non est tamen vlo modo pars visionis, sed terminus eius tantum, quia illud solum dici potest pars relationis, quod in recto est essentialiale relationis; si autem connotativum tantum,

& in obliquo sit essentialis, non potest dici eius pars, neque aliquid intrinsecum illi, sed connotatum eius extrinsecum. Neque dicas. Nihil magis est intrinsecum rei quā eius essentialia: si ergo terminus essentialis est relationis, est etiam intrinsecus relationi. Distinguo enim antecedens: Nihil est magis intrinsecum rei, quā eius essentialia, si sit aliquid in recto pertinent ad essentialiam, concedo; si solum in obliquo, & connotativum pertinet ad essentialiam, nego, ut satis probari potest ex allato exemplo visionis,

visionis, cui extrinsecum est obiectum; quod tamen connotat essentialiter.

A Relatio non est in termino. Certum est tertio, totam relationem, etiam formaliter sumptam, esse in fundamento tanquam in proximo & adæquato subiecto, nullo autem modo esse in termino, aliquo filius denominaret pater, quia tam est subiectum paternitatis, quam pater; & relatio non resiperet extrinsecè terminum, sed in illo est tamquam in subiecto. Relationis ergo formaliter sumpta totale subiectum est fundatum, non absolute sumptum & solitariè, sed prout resipiens extrinsecè terminum; eadem enim entitas fundamenti ante positionem termini non est relatio formaliter; post positionem vero termini sine illa mutatione intrinseca incipit esse relatio.

B Terminus est extrinseca forma relationis.

Certum est quartò, terminum esse formam extrinsecam relationis, quia sine illo fundatum relationis, v. g. album, quod ut dixi est subiectum proximum similitudinis, & tota eius entitas intrinseca & in recto, non habet ullo modo relationem similitudinis, sed materialiter tantum est similitudo: posito autem extrinsecè termino, incipit entitas illa esse similitudo formaliter, cum antea similitudo tantum esset materialiter alius intrinseci, quod sit rectum similitudinis; sed defecta extrinseci connotati, quo posito rectum relationis sine mutatione illa intrinseca incipit esse formaliter relatio.

C Terminus non est tota relatio.

Ex quo male aliquis probaret primò, terminum esse totam relationem formaliter, quia eo sublatu, fundatum, vt dixi, non est ullo modo relationem formaliter: ergo terminus est tota relatio formaliter. Sicut quia paries sine albedine nullo modo est albus formaliter, albedo est formaliter tota ratio cur sit albus: nego enim consequentiam, quia fundatum ante positionem termini non est formaliter relationum, sed eo posito incipit esse tale formaliter. Neque comparari debent inter se denominations absolute, cuiusmodi est albedo; & denominations respectiva. Quia denominations absolute sunt per se tales independenter ab illa connotata; respectiva autem essentialiter sunt ad aliud.

D Relatio non est extrinseca fundamento.

Secundò male aliquis probaret, totam relationem esse aliquid extrinsecum fundamento: nam quando paternitas de novo aduenit homini prius existenti, nihil intrinsecum ei aduenit, sed aduenit ei tota relatio formaliter: ergo tota relatio formaliter extrinseca est fundamento. Distinguo enim maiorem: totum quod aduenit realiter, est extrinsecum, concedo: totum quod aduenit formaliter, nego; est enim partim intrinsecum, partim extrinsecum: neque propter ea necessaria est aliqua mutatio intrinseca, quia posito connotato extrinseco, illud intrinsecum, quod non erat formaliter relatio, incipit esse relatio formaliter.

Quibus positis circa terminum relationis, quærendum superest primò, quomodo terminus specificet relationem, & tribuat illi unitatem numericam: secundò, vtrum ille terminus sit aliquid absolutum, an vero aliquid respectuum.

E §. I.

An, & quomodo terminus specificet relationem.

R Atio dubitandi primò est, quia relatio non prima diuersa habeant eundem terminum: sed relationes diuersæ speciei, similitudo v. g. & dissimilitudo, possunt eundem habere terminum; nam idem paries albus comparatus cum nigro, est dissimilis: ergo terminus non specificat relationem.

Secundò relatio similitudinis inter duas albedines, non differt specie à relatione similitudinis, inter duas nigredines: sed termini relationum illarum specie differunt: ergo relationes non habent suam speciem à termino.

Tertiò: illud non specificat relationem, sine ratione, quo cognosciri potest relatio: sed cognitione termini cognosciri potest etiam distinctè ipsa relatio; nam cognitâ diuinâ omnipotentiâ, v. g. non cognoscuntur necessariò creature possibilis: ergo relatio non specificatur à termino.

Dico primò: terminus etiam formalis non specificat relationem intrinsecè, sed habitando fundamenti ad terminum intrinsecè specificat relationem; terminus autem formalis extrinsecè specificat.

Sed antequam probetur assertio, nota quod terminus materialis relationis appellatur entitas ipsa termini: terminus formalis id secundum quod entitas illa terminat relationem. Specificare intrinsecè aliquid, est esse differentiam eius constitutivam: specificare extrinsecè, est terminare habitudinem, quæ differentia est constitutiva rei.

Ratio ergo assertionis est, quia illud quod est extrinsecum rei, non potest esse differentia constitutiva rei, nec specificare illam intrinsecè: terminus est extra relationem: ergo intrinsecè illam non specificat; sed ad summum extrinsecè, quia relationis in communi essentia est, dicere ordinem ad terminum in communi: ergo essentia talis relationis est dicere ordinem ad talen terminum: ergo terminus distinguunt & constituit extrinsecè relationes. Deinde illud specificat aliquo modo relationem, quo mutato mutatur specificatio: sed mutato termino relationis, mutatur specificatio: si enim parieti albo comparent paries albus, est similitudo; si paries niger, est dissimilitudo. Eodem etiam modo potentia omnes vitales, & non vitales extrinsecè specificantur ab obiectis, intrinsecè vero per ordinem ad obiecta.

Ad primam respondeo eundem terminum materialis posse terminare relations diuersæ species: ceci, non autem eundem terminum formalem: nam album in quantum habet eandem essentiam cum alio albo, terminat relationem similitudinis, in quantum vero specie differt a nigro, terminat relationem dissimilitudinis.

Ad secundam respondeo relationem similitudinis albi ad album differre specie à relatione dissimilitudinis nigri ad nigrum; quia fundamentaliter & terminus sunt diuersi.

Neque dicas: sicut albedo in equo non differt specie ab albedine in homine; ita similitudo secundum albedinem, non differt specie à similitudine.

Quæst. V. Sect. IV. de Relatione. 695

dine secundum nigredinem. Nego enim partitem, quia equus & homo qui sunt subiectum albedinis, non specificant albedinem: terminus autem specificat relationem, cuius est causa quasi formalis.

Solutio ter-
tia.
Ad tertiam distinguitur: sine cognitione termini formalis cognosci potest relatio, nego; sine cognitione termini materialis, concedo: v. g. terminus formalis relationis secundum dici, quam habet omnipotentia Dei ut sic ad creaturas possibles, est creatura quælibet sub ratione possibilis, non autem hæc & hæc creatura. Potest ergo cognosci omnipotentia ut sic, siue prout est potentia productiva omnium sine cognitione huius & huius creaturæ; non potest cognosci sine cognitione creaturarum possibilium ut sic.

S. II.

An, & quomodo relatio sumat unitatem numericam à termino.

ID est, utrum multiplicato termino relationis, relatio etiam ipsa multiplicetur: v. g. utrum homo, qui plures habet filios, habeat etiam plures paternitates; aut verò habeat unam dumtaxat terminatam ad plures filios.

Prima dubit. Ratio autem dubitandi primò est, quia si multiplicatur relatio multiplicato termino, sequitur unum hominem esse plures patres; qui enim plures habet paternitates, est plures patres: homo habens plures filios, plures habet paternitates: ergo ille est plures patres.

Secunda) Secundò accidentia plura eiusdem speciei nunquam esse possunt in eodem subiecto: multæ relations paternitatis accidentia sunt eiusdem speciei: ergo non possunt esse simul in eodem subiecto.

Tertia. Tertiò, species hominum non habet nisi unam relationem ad omnia individua: ergo pater non habet nisi unam relationem ad omnes filios. Similiter omnipotentia Dei non habet infinitas relations ad omnia possibilia, quæ infinita sunt; sed habet dumtaxat unam. Quis verò ignem unum tot dicat habere relations, quot sunt ignes possibles, quos producere potest.

Conclusio affirmativa. Dico secundò. Relatio multiplicatur numericè, multiplicatis terminis non subordinatis: unus pater v. g. plures respicit filios per plures paternitates: unus album plura respicit alba per plures similitudines, &c. Quando verò termini sunt per se subordinati, tunc una relatio respicit plures terminos, v. g. genus predicatur de specie, & de individuis mediante specie; ideo respicit speciem & individuum per unam relationem. Termini vocantur per se subordinati, quorum unus respicitur mediante alio. Ita censent Scotus in 3. dist. 8. quæst. unica, & Scotista omnes, eosque sequuti Fonseca 5. Metaphysic. cap. 15. quæst. 5. Suarez de p. 47. sct. 17. contrarium videtur sentire S. Thomas 3. p. q. 35. art. 5. quem sequitur tota Schola Thomistarum.

Termini subordinati. Probacio. Ratio tamen est, quia illa distinguuntur, quorum unum potest esse sine alio: sed relatio patris ad filium primogenitum esse potest sine relatione ad filium secundogenitum, & contraria: ergo illæ relations differunt. Deinde non est maior ratio, cur posito primo filio exurgat relatio, non exurgat posito secundo filio; immo re-

A latio patris ad primum filium adæquatè terminatur ad primum filium, alioqui nunquam terminabitur, cum possint nasci plures semper, & plures filii: ergo relatio patris ad primum filium non potest terminari ad secundum filium. Denique quoties termini multiplicantur specie, relations multiplicantur specie: ergo multiplicatis numero terminis, multiplicatur etiam numero relatio.

Ad primum respondeo, illum hominem, qui Solutio pri-
mæ dubit.

plures habet paternitates, non esse propter ea plures patres, sed esse plures patrem; quia ut multiplicetur aliquod concretum, debent multiplicari tum formæ ipsæ, tum ipsa etiam supposita; sic enim si plures essent albedines in uno pariete, non essent plura alba, sed idem paries erit sapius albus: sicut nec plura essent alba, si tres parietes eandem haberent albedinem, quia ut dici possit multiplex concretum, tum forma, tum suppositum debent multiplicari. Sicut etiam homo, qui plures habet Episcopatus non est plures Episcopi, sed plures Episcopus; & qui pluribus induitus est vestibus, plures est vestitus, non est plures vestiti.

Ad secundam distinguo maiorem: plura acci-
denta solo numero distincta non possunt esse in codem subiecto, si sint absoluta, concedo; si sint respectiva, nego: quia si absoluta sint, eundem habent omnia effectum formalem; si autem sint respectiva, diuersos habent effectus for-
males.

Ad tertiam respondeo negando consequen-
tiam. Ratio disparitatis est, quia individuum est pars potentialis speciei, ideo inadæquatè tan-
tum terminat relationem speciei. At verò unus filius est terminus adæquatius illius relationis, quæ pater ipsum respicit. Idem dico de omni-
potentia diuina, quæ cum terminetur ad possi-
ble sub ratione possibilis, unam habet relationem secundum dici ad omnia possibilia;
quæ singula termini sunt solum inadæquati il-
lius relationis. Similiter ignis productivus suc-
cessiùè infinitorum ignium, relationem transcen-
dentalē ad eos non habet, nisi sub ratione con-
fusa eorum, ut sunt possibles; relationem au-
tem categoricam non habet, nisi ad eos ignes
quos producit actu, cum relatio categorica ter-
minum exigat actu existentem.

S. III.

Qualis esse debeat terminus relationis
categorica.

Dico tertio: terminus relationis cuiuslibet Conclusio categoricas debet necessariò esse realis, actu tripartita. E existens, & realiter distinctus à fundamento.

Primò, quod realis esse debeat ille terminus, ratio est, quia relatio specificatur à termino; debet ter-
minus autem realis specificari non potest ab ente minus.
ratio est, quia relatio specificatur à termino; debet ter-
minus autem realis specificari non potest ab ente minus.
rationis, & à nihilo: ergo solum ens reale po-
test esse terminus relationis. Imò relatio est ad
aliud, id est ad ens, quod est verè aliquid. Ne-
que dicas, relationem transcendentalē terminari posse ad ens rationis; cognitio enim sepe
terminatur ad aliquid fictum; cognitio autem
refertur transcendentaliter ad obiectum. Respon-
deo relationem etiam transcendentalē terminari
ad ens reale. Cognitio enim transcendentaliter
refertur ad obiectum primatum, quod semper est
ens

696 Philosoph. Peripat. Lib. IV. Disp. IV.

ens reale; non refertur transcendentaliter ad obiectum secundarium, quale dumtaxat est ens rationis. Dissimilitudo qua est inter ens & non ens, non est nisi relatio rationis, cum non ens dissimile non sit realiter.

*Debet esse
actu existens.*

Secundo, quod terminus esse debeat actu existens, admittitur communiter contra Gregorium. Ratio est, quia si relatio categorica terminaretur ad ens dumtaxat possibile, accidentalis non esset, sed transcendentalis; nam similitudo albedinis cum albedine possibili, ita intrinseca est albedini, ut nulla vi sciungi ab ea possit. Imd puer quatuor annorum diceretur esse actu pater, & orphanus diceretur habere patrem, vidua maritum. Denique, ut nuper obseruabam, cum creaturae possibles infinitae sint, tot essent in qualibet re relationes reales, quor possunt esse creature.

Terter, quod terminus relationis distinctus esse debeat realiter a fundamento, adeo ut nulla possit dari relatio eiusdem ad seipsum, tenent communiter Doctores cum S. Thoma 1. p. q. 42. art. 4, contra Scotum in 1. dif. 1. Ratio est, quia relatio est respectus ad aliud: sed esse aliud, est esse distinctum: ergo relatio semper est ad aliud distinctum. Deinde ibi necessario est distinctio, vbi est oppositio: sed vbi est relatio, ibi est oppositio: ergo vbi est relatio, ibi est etiam distinctio fundamenti & termini. Et hac sola ratio est, cur in diuinis admittenda necessario sit distinctio inter personas, quia inter eas est relatio. Neque dicas, esse relationem dissimilitudinis inter animal & rationale hominis eiusdem; cum tamen inter ea non sit vlla distinctio. Respondeo enim negando quod inter ea sit relatio vlla realis, quae componunt eundem hominem; non enim illa dici possunt specificè dissimilia, quae constituent eandem speciem, & vnum individuum diversè cognitum. Similiter etiam inter plures paries qui haberent eandem albedinem, relatio non esset similitudinis, ex defectu distinctionis fundamenti à termino.

*Status diffi-
cultatis.*

Denique, si queratur, quænam res possit terminus esse relationis? Responderi debet, nihil esse, tum creatum, tum increatum, tum substantiam, tum accidens, quod terminare non possit relationem. Quia omnia certissima sunt, & apud omnes indubitate. Verum hoc posito, præcipue dubitatur sub qua formaliter ratione relatio terminum respiciat; vtrum scilicet terminus formalis vnius relationis sit mutua correlatio, an vero fundamentum illius correlationis: v. g. vtrum paternitas formaliter respiciat entitatem hominis generi, an vero filiationem, de qua dicendum est accuratius.

§. IV.

*Vtrum relatio respiciat terminum ut absolu-
tum, an vero ut relativum.*

Prima dubit.

Ratio dubitandi primò est, quia relationes transcendentales terminum respiciunt ut relativum, non autem ut absolutum: ergo & prædicamentales. Probo antecedens. Materia prima respicit formam sub ratione actus à quo perficitur & compleetur: sed forma sub ratione actus est correlatio: ergo correlatio terminat relationem transcendentalem. Et hoc in diuinis etiam relationibus locum habet, in quibus paternitas respicit filiationem ut sic.

A Secundò: si terminus relationis respicit ut *Secundum*, absolutus, relativa, v. g. paternitas & filiarior, non dicitur simul natura, sed pater erit prius pater quam filius sit filius; quod probo. Posto fundamento & termino, ponitur necessario relatio: sed fundamentum & terminus paternitatis prius ponuntur quam ponatur filio; nam homo generans, qui fundamentum est paternitatis, & filiationis; & homo genitus, qui terminus est paternitatis, præcedit etiam filiationem; prius enim est Petrum esse hominem, quam esse filium, cum esse hominem sit eius essentia; esse autem filium sit accidentis metaphysicum: ergo paternitas est prior filiatione. Confirmatur, quia relativa etiam non erunt simul natura, definitione, & cognitione; poterit enim vnum definiri, & cognoscere alio.

Tertiò relativa ut sic opponuntur: sed absoluta non sunt opposita relativis ut sic: ergo relatio ut sic non respicit terminum ut absolutum.

Dico quartò. Nulla relatio categorica respicit terminum suum formaliter ut correlativum, sed respicit eum ut absolutum: v. g. terminus similitudinis inter duo alba non est similitudo, sed partes albus. Terminus filiationis non est filiatione, sed homo genitus: contra Caeteranum, Fonsecam, Albertinum.

Obserua duo considerari posse in termino relationis. Primum est, quod respiciatur à termino relationis: v. g. homo genitus respicitur à patre, saltem materialiter. Secundo, quod eadem illa entitas termini, que respicit à fundamento, & est terminus, respicit etiam fundamentum per aliam relationem distinctam, que dicitur correlatio, id est relatio termini ad suum fundamentum: v. g. homo genitus non solam respicitur à patre, sed etiam in resto respicit patrem per relationem filiationis, cuius est ipse filius. Quando fundamentum relationis duo habet, quod sit terminus & fundamentum, id est quod respiciat, & respiciatur, appellatur mutua relatio, id est in qua & fundamentum respicit terminum, & respicitur à termino. Quando autem terminus non refertur ad fundamentum, tunc relatio est non mutua: v. g. creatura referatur ad Deum, sed Deus non refertur ad creaturam: huiusmodi esse relationes tertii generis docet Philosophus nuper citatus. Cum igitur in illo termino, qui respicitur à fundamento, repariantur haec duo, merito queritur, vtrum ratio secundum quam terminus terminat relationem, sit illud primum, entitas videlicet termini; an vero secundum, id est correlatio, quam terminus habet ad fundamentum à quo respicitur. Secundum illud negat conclusio, que assert posse quidem vnam relationem esse terminum alterius relationis, sed non correlationem.

E Ratio autem est primò, quia certum est quod primo in relationibus non mutua relatio respicit entitatem absolutam: ergo in relationibus etiam mutua. Antecedens pater, quia cum terminus relationis non mutua non sit respiciens, non potest respici nisi ut absolutus. Consequens etiam evidens est, quia si per impossibile relatio mutua desineret esse mutua, maneret tamen relatio eodem modo.

Secundò, si relatio terminum non respiceret secundum ut absolutum, relata non essent simul natura;

Quæst. V. Sect. IV. de Relatione. 697

turā; quod repugnat Philosopho. Probo sequi. Terminus est prior relatione; nam relatio non ponitur, nisi posito fundamento, & termino: ergo si filatio est terminus paternitatis, filatio est prior paternitate, atque adeò filius prius est filius, quam pater sit pater.

Tertia ratio. Tertiò relativum explicatur per suum terminum, pater v.g. definitur per filium; sed non explicatur per correlationem: si enim per filiationem definiretur, & filatio per paternitatem, vitiosus esset circulus, in quo idem explicaretur per seipsum: ergo terminus relationis vt sic non est correlatio. Confirmatur. Album sub ea ratione respicit aliud album, quā est illi simile: sed est simile illi quatenus albo: ergo referetur ad illud quatenus album, non quatenus simile.

Quarta ratio. Quartū, illud est terminus formalis relationis, quod est causa ut aliquid terminet relationem: sed entitas absoluta termini est causa cur aliquid terminet relationem, non autem correlatio: ergo terminus formalis non est correlatio. Probatus minor. Causa cur partes albus sit terminus similitudinis, est quia est albus: ergo, &c. Denique correlatio vt correlatio, non respicit, sed respicit: sed terminus vt terminus, respicit: ergo correlatio vt correlatio non est terminus.

Solutio prima dubitata. Ad primam respondeo negando primam consequiam; fateor enim relations aliquas transcendentales respicere terminum vt respectuum; sed nego id esse verum in praedicamentalibus. Ratio disparitatis est, quia terminus relationis transcendentalis mutua correlatio est essentialiter, ita ut entitas absoluta illius non possit abstrahi à ratione relationis; idēque necesse omnino est, vt relatio illa respiciat correlationem, cùm respicere nequeat illum terminum, quin respiciat illum vt correlatum. In relatione autem categorica, quā planè accidentalis est, terminus accidentaliter tantum est correlativus, idēque respici potest vt absolvitus. De diuinis relationibus quod additur, solutum alibi est; ratio enim cur illae non possint respicere terminum vt absolvitum, est quia termini relationum diuinatum non distinguuntur à fundamento, nisi prout sunt correlati, cùm absoluta omnia predicata inter relations diuinas communia sint. Est autem necesse vt terminus relationis distinguitur à fundamento: ergo termini relationum diuinatum necessariò vt sic sunt correlati. Hoc autem in creatis relationibus locum non habet, que non sunt constitutiū ac distinctiū rerum creatarum, quae proinde respici possunt vt sunt absoluēta.

Instans. Instabis: Si relations illa transcendentalis, & diuinā terminum respiciant vt est respectivus, sequitur quod vna relatio explicabitur per seipsum, vt nuper opponebatur.

Respondeo posse in relationis essentialibus vnam relationem explicari per aliam sine illo absurdo, non posse in accidentalibus; quia relationis essentialia sunt sibi mutuò cause in diverso genere causæ, sicutque idem non explicatur per idem. Si autem relationis accidentalia per se inuicem explicarentur, idem explicaretur per seipsum. In relationibus diuinis nego illud esse absurdum, propter illarum infinitatem.

Ad secundam respondeo negando sequi quod relationis non sunt simul naturā. Ad probationem distingo maiorem: Posito fundamento & termino ponitur relatio in eodem instanti naturæ, nego; in sequenti instanti naturæ, concedo: nam

R.P. de Rhodes curſ. P. i. l. o. ph.

A causa quælibet, vt paret, prior naturā est, quam effectus: fundamentum autem & terminus causa sunt relationis: ergo eorum positio prior est naturā, quam relatio. In primo igitur instanti ponuntur fundamentum & terminus, tum paternitatis, tum filiationis; in posteriori ponuntur paternitas & filatio, quæ propriè merito dicuntur esse simul naturā, quia id quod est fundamentum relationis, terminus est correlationis; & contraria, quod est fundamentum correlationis, terminus est relationis: ergo non potest ex vna parte relatio exurgere, quin eodem instanti etiam naturæ correlationis exurgat. Ad confirmationem respondeo relationis esse simul etiam cognitione: vel enim relationis significant fundamentum & terminum, & ita simul sunt cognitione formaliter; non enim cognoscit potest formaliter extrellum unum relationis, quin cognoscatur etiam alterum: vel relationis significant relationem & correlationem, & sic simul sunt cognitione concomitantē, quatenus una relatio cognoscit non potest quin cognoscatur consequenter etiam correlatio; habent enim easdem causas. Definitione vero simul sunt, quia vna definitur per alteram sumptam materialiter, id est per terminum, qui materialiter correlativus est, non formaliter.

Solutio tertia dubitata.

Ad tertiam respondeo, duplicum inter relationis esse oppositionem. Prima est terminativa inter relationem & eius terminum formalem; quæ in eo consistit, vt fundamentum & terminus necessariò distinguuntur. Altera est oppositio relationis inter relationem, & correlationem; quæ non in eo consistit, quod vna respiciat alteram vt terminum, sed quod respiciat illam vt correlationem, quam necessariò excludit ab eodem subiecto. Itaque ad argumentum distinguitur minor: relationis non est oppositum absoluēto oppositione relationis, concedo; terminativā, nego.

Instabis primū. Quatuor tantum sunt genera oppositorum; contraria, contradictoria, priuatiua, & relationis: oppositio terminativa non est contradictoria, non contraria, non priuatiua, non relationis: ergo est relationis; vel sunt genera quinque oppositorum.

Respondeo oppositionem hanc terminativam non esse quidem propriè relationis, quæ intercedit inter relationem, & correlationem; sed renocari ad oppositionem relationis, quæ significat incompossibilitatem duorum, quorum vnum respicit alterum.

Instabis secundū: Quomodo ergo verum est quod ait Philosophus, quod si a seruo auferatur omnia, etiam quod homo est, adhuc tamen ad illum refertur dominus, & ille ad dominum; si enim hoc verum est, relatio respicit terminum vt respectivum.

Respondeo Aristotelem petere esse serui, quod vult remanere, non intelligere solam seruitutem, sed esse seruum in concreto, quod includit tum fundamentum relationis seruitutis, tum seruitutem. Primum illud erit terminus relationis domini, non autem secundum.

NNN

SECTIO

SECTIO V.

Quenam sint varia species relationum.

Expositi haec tenus solam ferè relationem prædicamentalem: nunc de relatione ago sumpta in tota sua latitudine, prout includit relationem categoricam, relationem transcendentalem, & relationem secundum dici. De singulis enim pauca quædam difficultas sunt; relatione enim rationis tota consistit ex relatione secundum dici.

S. I.

Quodnam sit summum genus relationis prædicamentalis, & quenam illius species.

Ratio dubitationis.

Ratio dubitandi reuerà difficilis est, quia omnino videtur, quod omnia relativa non continentur sub unico lummo genere; sic enim probatur. Illud quod est realiter distinctum à genere, non est sub genere: sed aliquod relatum est distinctum à relatio in communi: ergo aliquod relatum non continetur sub relatio in communi. Probo minorem. Relatum in communi necessariò est ad aliud à se distinctum, id est ad terminum: sed illud aliud est relatum: ergo aliquid relatum est distinctum à relatio in communi: ergo si datur genus generalissimum, quod refertur ad aliud, dabitur aliud etiam genus generalissimum termini ad quem aliud refertur.

Dico primò. Datur genus unum generalissimum relationis prædicamentalis commune omnibus relatinis, cuius conceptus est esse ad aliud.

Probatio.

Ratio est, quia omne prædicamentum, quod unum est, habere debet genus unum generalissimum sibi proprium: relatio est unum prædicamentum: ergo relatio unum habet genus generalissimum. Deinde definitio hæc, *Accidens est cuius totum esse est ad aliud*, conuenit omnibus relatiis: ille conceptus est summum genus huius categorie: ergo datur summum genus huius categorie.

Denique non obstat allata ratio dubitandi: Video negasse summum hoc genus Boetium, & Simplicium. Respondeo enim primò, supposito quod relatio terminum habeat absolutum, ut nuper probabam, distinguendo illam minorem. Datur aliquod relatum distinctum à relatio in communi; aliquod relatum formaliter ut sic, negatur minor; aliquod relatum prout est aliquid absolutum, materialiter autem est aliquid relatum, concedo. Terminus enim relationis in communi considerari potest vel formaliter ut est relatius, & sic non est terminus; vel prout est aliquid absolutum, & sic est terminus. Cùm ergo terminus ut terminus non sit aliquid relatum, non potest constituere genus relationis distinctum à relatio in communi.

Secundò, etiam posito quod relatio respiceret terminum prout respectum, nihil concluderet argumentum; posset enim negari absolute illa minor: aliquod relatum est distinctum à relatio in communi. Ad cuius probationem distinguitur maior. Relatum in communi est ad aliud distinctum realiter à seipso, prout est relatum in communi collectivè sumptum, nego; ad aliquid quod sit distinctum à quolibet relatio in particulari, & distributivè sumptu, concedo. Terminus enim relationis in communi non distinguitur realiter,

A sed formaliter tantum à relatio in communi: sicut causa in communi non distinguitur realiter ab effectu in communi; multi enim effectus sunt etiam causæ. Cùm ergo dicatur relatio in communi esse accidens, cuius totum esse est ad aliud, sensus est, cuius totum esse est ad aliud distinctum realiter in quoque relatio particulari; non autem, cuius totum esse est ad aliud distinctum realiter à relatio in communi. Et hæc responso male impugnatur ab Hurtado & Auerla, ad quam postea recedit eorum solutio.

Instabis primò. Illud quod est aliquo modo distinctum realiter à relatio in communi, non continetur vlo modo sub relatio in communi: terminus relationis in communi est aliquid relatum, saltem materialiter; & est distinctus à relatione in communi: ergo aliquod relatum non continetur sub relatione in communi.

Respondeo, terminum correlatum conceptus posse vel formaliter, ut est correctio; vel materialiter tantum, prout est entitas habens correlatum: si sumatur formaliter ut correlatum, continetur sub relatio in communi, nec ab eo distinguatur: si sumatur materialiter, non continetur sub relatione in communi, & ab ea distinguatur. In forma igitur distinguitur minor: aliquod relatum materialiter distinguitur à relatio in communi, & sub eo non continetur, concedo; aliquod relatum sumptum formaliter, nego: terminus enim relationis in communi materialiter tantum ut correlatum, distinguitur realiter à relatione in communi, non autem formaliter ut correlatum; facilius tamen iuxta secundam solutionem minor debet negari, quod scilicet aliquod relatum sit distinctum realiter à relatio in communi; quia relatio in communi est ad aliud non distinctum à se, sed distinctum à quilibet relatio in particulari.

Instabis secundò. Sequitur illum terminum relater distinguiri, & non distinguiri à relatio in communi; nam distinguiri prout est terminus; & prout est correlatio, ille idem terminus non distinguatur.

D Respondeo nullo modo absurdum esse, quod terminus relationis sub una formalitate, minime quatenus est relatius materialiter, distinguatur à relatione; & sub altera formalitate non distinguatur, quatenus scilicet formaliter est correlatum.

Instabis tertio: Saltem non appetat, quare ratio terminandi relationem communem omnibus terminis relationum, non possit constitue unum supremum genus distinctum à summo genere relationis; sic enim probari potest terminare relationem. Est aliquid commune omnibus terminis relationum, & ab illis praecisibile: illud non continetur sub genere relationis, cùm sit ab eo distinctum, & absolutum: ergo illud constituit unum genus peculiare, quod vocatur terminus.

Respondeo terminum relationis, cùm sit ab uno solutus, non contineri sub genere relationis in recto & directe, sed in obliquo & rediective; nam cùm relatio in communi debeat respicere aliud, necesse est ut terminus pertineat aliquo modo ad genus ipsius relationis.

Dico secundò. Relatio bene & adquate diuiditur primò ratione fundamenti in relationes primi, secundi, & tertii generis: secundò in relationes equiparantia, & disquiparantia: tertio in relationes mutuas & non mutuas: quartò, non male diuidi potest in relationes

relationes intrinsecus & extrinsecus aduenientes, non tamen iuxta mentem Scoti, qui eam inuenit divisionem.

Prima divisio in primum, secundum, & tertium genus explicata manet *sæc. 3.*

Relatio-
nes æqui-
parantia,
& disqui-
parantia.
Secundò ergo dixi, relationes alias dici æquiperantiae, alias disquiparantiae. Primæ sunt illæ, qua habent adiunctas correlationes eiusdem rationis; vt relatio similitudinis inter duos parietes albos est relatio æquiparantia; continet enim duas similitudines eiusdem rationis. Relatio disquiparantiae illa est, qua correlationes haber adiunctas diuersi generis, vt paternitas, cui correspondet filiatio diuersæ, vt vides, naturæ à paternitate.

Mutuæ &
nō mutuæ.
Tertiò dixi, relationes alias esse mutuas, alias non mutuas. Prima habent adiunctas correlationes, secundæ verò non habent. Negat Auersa & alij non pauci, villam esse posse relationem categoricam non mutuam, quia volunt relationem non esse aliud quam coëxistentiam fundamenti & termini. Contra quos ratio est olim indicata, quia relationes tertii generis mutuæ non sunt, cum mensura non dicat ullam relationem ad mensurabilem; relatio enim realis est aliiquid intrinsecum subiecto, & requirit fundamentum intrinsecum: sed esse obiectum, & esse mensuram, est denominatio purè extrinseca, nullum habens fundamentum intrinsecum; cognosci enim est denominatio extrinseca obiecto: ergo obiectum non habet relationem ad potentiam. Creatura prout existens, ordinem categoricum dicit ad Deum, vt actu operantem; qui tamen non refertur ad creaturam. Neque dicas primò: esse agens tam est denominatio extrinseca, quam esse obiectum; nam actio est in passo: ergo si esse obiectum non est relatio, esse agens non est relatio. Distinguo enim antecedens: esse agens est denominatio extrinseca, si denominatio agentis à sola peratura actione, esse agens est denominatio extrinseca, concedo: si peratura potentia activa causante actu, nego. Esse autem obiectum, & mensuram semper est denominatio extrinseca, quia nullum habet fundamentum intrinsecum; peritur enim tantum à cognitione extrinseca. Neque dicas secundò: Cognitio extrinseca est ratio tantum fundandi relationem obiecti ad potentiam; fundamentum autem est entitas ipsa obiecti: sicut ratio fundandi relationem agentis, est actio; entitas autem agentis est fundamentum. Nego enim hanc paritatem, quia effectus verò procedit ab entitate causa, potentia verò non procedit ab obiecto. Quid si dicas potentiam quidem non procedere ab obiecto, sed cognitionem procedere ab eo producente species. Respondebo obiectum in ratione cause habere relationem secundi generis ad effectum; sed non ad potentiam sub ratione mensuræ; quia vt sic non est nisi terminus, quæ denominatio est purè extrinseca.

Intrinse-
cus & ex-
trinsecus
aduenien-
tes.
Quartò dixi, non malè à Scoto in 4. dis. 13. q. 1. diuidi relationes in extrinsecus & intrinsecus aduenientes. Vocat autem intrinsecus aduenientes eas, quæ necessariò sequuntur, posito fundamento & termino, cuiusmodi est similitudo inter duas albedines, quæ non possunt esse, quia sunt inter se similes. Extrinsecus aduenientes vocat eas, quæ non necessariò sequuntur posito fundamento & termino: v. g. potesta potentia & obiecto non necessariò ponitur relatio mensurabilis. In qua divisione factor multipliciter videri errate Scotum, dum relationes extrinsecus aduenientes negat esse in hac categoria, & alia pleraque de illis imprimis comminiscitur: ego utrالque illas relationes

R.P. de Rhodes curs. Philosoph.

Aadmitti debere puto, & relationes intrinsecus aduenientes appello eas, quæ positis fundamentis & terminis necessariò ponuntur, non expectata vlla ratione alia fundandi, qualis est similitudo, & relationes aliae primi generis. Relationes verò extrinsecus aduenientes voco eas, quæ non resultant posito fundamento & termino, donec ponatur aliqua ratio fundandi distincta à fundamento, quales sunt relations omnes secundi & tertij generis. Si autem per relationes extrinsecus aduenientes intelligantur relationes secundum esse, quæ posito fundamento, termino & ratione fundandi non necessariò resultant, illæ sunt impossibilis, vt ex dictis patet; possunt verò solum significare relationes secundum dici, quæ sunt entia connotativa, & denominations solum extrinsecæ; quod vnum arbitror suisse ad mentem Scoti.

S. II.

An, & quid sit relatio transcendentalis.

Certum est primò, relationem transcendentalis vocari eam relationem, quæ suo fundamento est essentialis; est enim entitas absolute rei dentalis. alicuius essentialiter ab altera dependens: v. g. relatio creaturæ ad Deum est transcendentalis, quia est ipsa entitas creaturæ dependens à Deo essentialiter. Relatio accidentis ad substantiam similiter est transcendentalis, quia essentialiter, & intrinsecè accidentis respicit substantiam, cui debet inhaerere.

Distinctio duplex à
categorica.
Certum est secundò, hinc sequi primò, vt relatio transcendentalis terminari possit ad terminum tantum possibilem; nam potentia visiva non magis refertur ad colorem existentem, quam ad possibilem. Sequitur secundò, vt relatio transcendentalis non sit aliiquid simpliciter respectuum, sed absolutum secundum quid, & secundum quid respectuum, in quo scilicet neque ratio absoluti praescindi possit à ratione respectuum, nec contraria; quia quod est essentialia alicui, non potest ab eo praescendi: sed respectus transcendentalis essentialis est, vt dixi: ergo non potest praescindi à re illa, qua refertur.

Prima dubitatio.
Ratio ergo dubitandi est, quia videtur non posse admitti relationes ullas transcendentes distinctiones à categoriis. Primò si creatura diceret ordinem essentialiem ad Deum, qui cognosceret intuitiū creaturas, ita & Deum; qui videret intuitiū accidens, videret etiam intuitiū substantiam; qui videret intuitiū causam, videret etiam omnes eius effectus intuitiū: & contraria, qui videret effectum intuitiū, cognosceret etiam eodem modo ipsius causam. Quia omnia falsa & absurdâ sunt. Probatur sequela. Qui cognoscit essentialiam aliquam intuitiū, cognoscit intuitiū qua sunt illi essentialia, & identificata: relatio ad Deum est essentialis creaturæ, relatio accidentis ad substantiam essentialis est accidenti, &c. ergo qui cognoscit intuitiū creaturam, cognoscit relationem eius essentialiæ, atque adeo cognoscet illius terminum intuitiū.

Secondò: si datur relatio transcendentalis, sequitur proprietates rei esse illius essentialiam, & conceptum primarium; quod probo. Essentialia ut sic significat radicem proprietatum: ergo si essentialia est relatum transcendental, includit essentialiter proprietates, substantia includit essentialiter accidentia, &c.

700 Philosophiæ Peripat. Lib. IV. Disp. IV.

Tertia dubitatio.

Tertiò implicat ut relatum sit de essentia rei A Deum. Vnde vides, peccare argumentum in duobus. Primò enim videri potest relatio creaturæ ad Deum, quin videatur Deus intuitiū. Secundò videri etiam potest creatura imperfecte, quin videatur relatio eius essentialis ad Deum.

Quarta dubitatio.

Quarò omnis relatio supponit suum fundatum, saltem ratione distinctum, & prius ipsa relatione: sed relatio transcendentalis nec supponit suum fundamentum, nec ab eo ratione distinguitur; si enim supponeret suum fundamentum, non esset illi essentialis: ergo non est relatio.

Conclusio affirmans.

Dico tertiod, præter relations categoricas accidentales admittendæ necessariò etiam sunt relations transcendentalis, qua sunt verè reales, non tantum secundum dici, sed etiam secundum esse. Ita docent Suarez, Valentina & alij contra Scotum & Valsquem; videretur inclinare S. Thomas, qui relations transcendentalis relations appellat secundum dici.

Probatio.

Ratio est, quia forma & materia realem inter se relationem habent, cum una definiatur per aliam: creature veram habet relationem ad Deum, accidens ad substantiam, uno ad unum; illæ relations sunt essentialis: ergo dantur relations essentialis. Maior est certa, neque ab aduersariis negatur. Minor probatur. Tunc aliquid est essentialis rei, quando ne per conceptum quidem est ab ea separabile: sed ne per conceptum quidem separari potest à materia & forma ordo qui est inter illas; nec à creatura ordo quem habet ad Deum, &c. ergo ille ordo est essentialis. Deinde relatio transcendentalis & essentialis illa est, cuius entitas est impossibilis, si terminus est impossibilis: sed dantur multæ huiusmodi entitatis: ergo dantur relations transcendentalis. Probo minorem. Si lux esset impossibilis, visio etiam lucis esset impossibilis; si vniuersale esset impossibile, impossibilis esset unius; si Deus non esset existens, nulla creatura esset possibilis, cum implicit creaturam existere independenter à causa prima; si repugnaret forma, repugnaret etiam potentia receptiva: ergo multæ sunt entitatis, quæ impossibilis propositus essent, si termini quos respiciunt, essent impossibilis.

Solutio primæ dubitatio.

Ad primam respondeo primò quidem, eum qui cognoscit intuitiū creaturam, posse cognoscere intuitiū ordinem essentialium quem habet ad Deum, etiamsi non cognoscat intuitiū Deum: sicut qui cognoscit intuitiū patrem & relationem eius ad filium, non cognoscit tamen intuitiū filium, sed abstractiū tantum. Qui enim cognoscit relationem intuitiū, cognoscit quidem necessariū terminum, sed non necessariū cognoscit illum intuitiū. Neque obstat quod terminus est essentialis relationi; cum enim non sit essentialis nisi extrinsecè & connotatiū, propterē qui cognoscit intuitiū relationem, cognoscit quidem intuitiū fundamentum, terminum autem non videt intuitiū. Idem dico de relatione accidentis ad substantiam, & aliis huiusmodi, quarum termini non cognoscuntur intuitiū, quantumvis ipse cognoscuntur intuitiū: secundò respondeo ad illam maiorem: qui cognoscit aliquam essentialiam intuitiū, cognoscit etiam ea quæ sunt illi essentialia, si cognoscat adaequatè, concedo; si cognoscat solum inadæquatè nego. Nam posse dati cognitionem intuitiū inadæquatam, fuisse probabam olim in Theologia; & sanè patet, quod sentiri & cognosci potest color & calor, quin cognoscatur ratio qualitatis, quæ illis est identificata. Itaque cognitione inadæquata cognosci potest creatura, quin cognoscatur etiam relatio eius essentialis ad

A Deum. Vnde vides, peccare argumentum in duobus. Primò enim videri potest relatio creaturæ ad Deum, quin videatur Deus intuitiū. Secundò videri etiam potest creatura imperfecte, quin videatur relatio eius essentialis ad Deum.

Ad secundam respondeo, proprietates non esse in recto & intrinsecè, sed extrinsecè tantum & in facilius obliquo ipsam rei essentialiam, qua propriea dicitur radix proprietatum. Ad probationem distinguo consequentiam: ergo si essentia est relatum transcendentalis, includit proprietates in obliquo, & connotatiū, concedo; intrinsecè & in recto, nego.

Instabis. Relatio ideo est essentialis, quia res non potest concipi sine sua relatione transcendentali: sed essentia rei non potest concipi sine proprietatibus, quarum dicitur esse radix; ergo proprietates sunt essentiales rei.

Respondeo distinguendo maiorem: id est relatio est essentialis, quia res non potest concipi sine sua relatione intrinsecè & in recto concepta, concedo; sine sua relatione concepta connotatiū & in obliquo, nego.

Ad tertiam respondeo distinguendo maiorem: implicat ut relatum accidentale sit de essentia rei absolute ut si, concedo; implicat ut relatum distinctio essentialis sit de essentia rei absolute ut sic, nego. Potest enim eadem res indistinctibilis esse absolute, & tamen esse respectiva essentialiter; quia ut recte notat Caïtanus, non est contrariatione rei absolute, ut in sua essentiali ratione includat respectum aliquem; immo in creatis nihil ita est absolute, ut in sua essentia non includat aliquem respectum, saltem ad Deum, à quo non potest non pendere essentialiter.

Instabis. Absolutum opponitur contradictione respectivo: ergo necessariò illud excludit.

Respondeo distinguendo: absolutum opponitur contradictione respectivo, quod est simpliciter respectum, concedo; quod est respectum tantum secundum quid, nego. Sicut enim dixi olim, analogia esse partim eadem, partim diversa; sicut non est absurdum dicere quod aliquid sit partim absolutum, & partim respectuum.

Ad quartam respondeo verum quidem esse, quod relatio accidentalis supponit suum fundamentum quia ut aliquid prius, & ratione distinctum; sed nego distinctionem istam transcendentalalem, quæ fundamento suo est essentialis, supponere illud fundamentum, aut ratione ab illo distinguiri.

§. III.

An, & quid sit relatio secundum dicitur.

Certum est primò, relationem secundum dicitur, ut aliud definiti, Ens simpliciter absolutum, quod velocius tamen explicari nullo modo potest nisi per comparationem ad aliud: v.g. potentia Dei ens est simpliciter absolutum, quod tamen explicari non potest nisi per ordinem ad creaturas producibiles; scientia Dei per ordinem ad creaturas cognoscibiles.

Differunt ergo relations secundum dicitur primò à relationibus transcendentalibus, & categoricis, easdem quid istæ habeant esse respectuum precise in se habent sumptum; relatio vero secundum dicitur nisi per relationem; id est, non habet esse respectum secundum se sumptum, sed tantum esse respectum, prout explicabile per definitionem. Secundò differunt relations istæ à relationibus rationis, quid relatio rationis sit vera relatio secundum

Discrimen
à relatione
ratio-
nis.

dum esse , eo quod per conceptum quasi reflexum concepiatur esse in aliquo , in quo tamen non est . Relatio verò secundum dici non est relatio secundum esse , vel realiter , vel per conceptum ; non enim concepit inesse alicui , sed per simplicem conceptum directum ens absolutum concepit in ordine ad aliud . Relatio ergo rationis per conceptum affigunt rei absolutæ , quia concepit reflexè inesse alicui : relatio autem secundum dici nulli subiecto affiguntur , quia non reflexè concepit inesse alicui : si enim relatio secundum dici attribuitur alicui subiecto , tunc incipiet esse relatio rationis .

Certum est secundò , quod ad relations secundum dici reuocantur necessariò denominations omnes extrinsecæ , & entia connotativa , qualia sunt bonitas & malitia , libertas , esse Regem , esse Doctorem , &c. Entia connotativa differunt à respectivis secundum esse , quia respectiva secundum esse habent non solum nomen , sed etiam ipsum esse respectivum , sive realiter , sive per fictionem : connotativa verò esse habent absolutum , sed explicantur tantum per relationem ; nam connotare aliud , est non significare perfectè sine alio simul notato : vnde definitur connotativum , est entitas absoluta rei , quæ aliud importat sine quo non potest explicari : v. g. aënum aliquem esse liberum non est entitas aliqua ipsi actui superaddita , nec est relatio , quia est aliquid extrinsecum actui ; sed estens connotativum , relativum secundum dici : est enim ipsemet actus prout connotat potentiam indifferentem ad agendum . Eodem modo vitalitas , moralitas , bonitas & malitia , cùm sint extrinsecæ denominations , non sunt entia respectiva secundum esse , sed connotativa & relativa secundum dici , quia nullum habent fundamentum extrinsecum talis respectus .

Entia con-
notativa.

Prima di-
batio.

Primo quia quando res absoluta , v. g. Dei omnipotencia explicatur per respectum ad creaturas , vel illa definitio dicit verum , vel dicit falsum . Si dicit verum , igitur omnipotencia est aliquid respectuum secundam esse ; quomodo enim illud esse , quod definitur , dici poterit respectuum . Si dicit falsum : ergo illa definitio non est bona : ergo illa relatio secundum dici vel nulla est , vel est relatio secundum esse .

Secunda. Secundò illud esse quod definitur , non potest definiti per id quod non habet : sed esse omnipotencia v. g. non habet respectum : ergo non potest definiti per respectum .

Tertia.

Terriò relatio secundum dici vel est ante operationem intellectus in rebus nomine cogitante , & sic est vera relatio secundum esse prædicamentalis , vel transcendentalis ; vel est tantum per operationem intellectus , & sic est relatio rationis , cùm à parte rei nihil sit nomine cogitante .

Conclusio
affirmati-
ua.

Probatio.

Dico quartò . Admittendæ necessariò sunt relations reales secundum dici , quæ non sunt relations rationis , nec prædicamentales , aut transcendentales . Ratio est , quia multa entia in se absoluta , quæ non possunt explicari nisi per respectum ad aliud : illa nec sunt relations reales secundum esse , nec relations rationis : ergo sunt relations secundum dici , id est nomine tenus . Maior est certa : nam Dei omnipotencia , Dei decretum , ut statim ostendam , sunt absoluta , & tamen explicari nullo modo possunt , vel concipi sine respectu ad creaturas . Deinde omnia connotativa , & denominations extrin-

A seca sunt aliquid absolutum ; quod tamen explicari nullo modo potest sine ordine ad aliquid extrinsecum . Minor ergo probatur primò quod non sunt relations rationis . Illa non est relatio rationis , quæ nihil affingit rei , quod non sit in re : sed relatio secundum dici nihil rei affingit , quod non sit in re : ergo relatio secundum dici non est relatio rationis . Probatur minor . Relatio secundum dici nihil affingit rei quod non sit in re , si non cogitat ullum respectum inesse rei , sed tantum explicat unam rem per aliam , nullum ei affingendo respectum : sed relatio secundum dici non cogitat ullum respectum inesse rei , sed tantum rem unam explicat per aliam : ergo relatio secundum dici nihil affingit rei , quod non sit in re . Quod vero non sit relatio secundum dici , probatum est , quia relatum secundum dici est ens planè absolutum .

B Ad primam respondeo , quando res absoluta , v. g. omnipotencia , explicatur per respectum ad creaturas , illam distinctionem dicere verum , neque tamen omnipotentem ita definitam esse respectum secundum esse , sed tantum secundum dici ; nam illud esse , quod definitur , non propterea debet esse respectivum , sed tantum illud esse explicatur quasi esset respectivum .

C Solutio
prima du-
bitationis.

Ad secundam distinguo minorem : sed esse illud respectum secundum dici non habet respectum secundum esse . concedo ; secundum dici nego . Id est in se quidem non respicit , sed in se habet ut si explicetur quid sit , hoc habet ut explicitur per aliud : sive illud esse non est respectivum secundum se , sed est respectivum prout explicabile .

Neque dicas primò : Ille respectus vel est in re ante definitionem , vel non est : si non est , malè per illum res definitur : si est , ergo res est in se respectiva .

Respondeo illum respectum esse in re ante definitionem , & explanationem ; vnde sequitur tantum quod res in se respectiva sit secundum dici , non secundum esse .

Neque dicas . Secundò illud est respectivum secundum esse , cuius esse est respectivum : sed esse omnipotentia est respectivum : ergo omnipotencia est respectiva secundum esse .

D Respondeo distinguendo maiorem : illud est respectivum secundum esse , cuius esse est respectivum in scilicet precise , concedo ; cuius esse est respectivum prout explicabile ac definibile , nego . Esse omnipotentia non est respectivum nisi prout definibile .

E Solutio
tertia.

Ad tertiam respondeo relationem secundum dici esse in rebus ante operationem intellectus , neque tamen esse relationem secundum esse ; quia quamvis sit in re , non est tamen in re nisi secundum dici ; id est , in re prout explicabili per definitionem . Neque dicas : quod habet esse in re , non est tantum secundum dici , sed secundum esse . Hoc enim nego , ut patet ex sapientia data definitione .

S E C T I O VI.

De subiecto remoto relationis .

C Ertum est primò , subiectum relationis esse Subiectum duplex , remotum & proximum . Remotum remotum illud est , quod denominatur habere relationem , & proximum . sive illud in quo est proximum fundamentum relationis . Proximum est fundamentum , sive proxima causa cur aliquid habeat relationem : v. g. paries habens albedinem est subiectum remotum similitudinis , albedo est subiectum proximum .

N N n ; Certum

Creatura
quilibet
subiectum
est rela-
tionis.

Tota con-
troversia
est de
Deo.

Certum est secundum, nullam esse rem creatam, modò realis sit, quæ non possit esse subiectum relationis, tum transcendentalis, tum categoricæ: ens autem rationis non potest habere relationem ullam realem intrinsecam, quamvis, ut alijs dixi, habere possit denominationes extrinsecas reales, ut esse cognitum, &c.

Difficultas igitur solum est, vtrum Deus esse possit subiectum relationis alicuius realis transcendentalis, aut categoricæ ad creaturas, quæ ad ipsum essentialiter & intrinsecè secundum totum id quod sunt, referuntur. Dico ad creaturas, quia non est dubium, quin diuina vna persona relationem habeat realem ad aliam, per quam constituitur in eis persona; quia per solas relationes naturæ illa summe vna & indivisibilis, dilatatur in angustissimam Trinitatem, vt loquitur Cyrillus. Tota ergo controversia est primo, vtrum Deus habeat ad creaturas relationem aliquam transcendentalē: secundum vtrum saltem habeat relationem aliquam categoricam.

S. I.

*Vtrum Deus habeat relationes transcen-
dentes ad creaturas.*

Ratio du-
bitandi.

Ratio dubitandi est, quia Deus non potest esse, nec cogitari omnipotens, nisi creature cognoscantur, & sint possibiles; omnipotentia enim dicit potentiam, & id respectu cuius est potentia: ergo Dei omnipotentia respectum habet transcendentalē ad creaturas possibiles. Idem argumentum fieri potest de scientia, præfertim possibilium, & de diuinis decretis. Probarat antecedens. Virtus activa necessarij est alicuius possibilis actiua: sed omnipotentia est virtus actiua: ergo est actiua alicuius possibilis: ergo Deus nec est, nec cogitari potest omnipotens, si creature non sint possibiles.

Secunda
dubitatio.

Secundum: qui nihil potest facere, non est omnipotens, nec intelligi potest esse omnipotens; qui nihil scit, non est omnisciens: sed si nihil sit possibile, Deus nihil poterit facere, neque scire: ergo si nihil sit possibile, Deus non erit omnipotens, & omnisciens.

Tertia du-
bitatio.

Tertiū: ideo potentia creata, v.g. intellectus, oculus, refertur essentialiter ad obiecta, quia illi sublati, illa nec erit, nec poterit concipi: sed Dei potentia productiua Petri nec erit, nec poterit concipi sublati Petro: scientia quā Deus me videt loqui, non erit, nec poterit concipi, sublatā meā loquitione: ergo Dei omnipotentia & scientia transcendentaliter refertur ad creaturas.

Conclusio
negatiua.

Dico primò. Deus non habet relationes ullam transcendentalē ad creaturas, sed relationes tantum secundum dici: v.g. Dei omnipotentia, scientia, libera decreta, licet explicitur per creaturas, non sunt tamen respectus transcendentalē ad illas. Ita docent cum S. Thoma Thomistæ omnes, & Scotista cum Scoto. Suarez dis p. 30. set. 15. dis p. 47. set. 15. & 1. part. tract. 1. lib. 2. cap. 20. Valquez 1. part. dis p. 104. cap. 6. Arrubal. dis p. 99. cap. 2. Hurradus dis p. 2. set. 5. contra Granadum 1. p. tract. 6. dis p. 6. set. 5. aliosque recentiores non paucos: contra quos.

Prima
probatio.

Ratio est, quia si Deus ratione sua omnipotenter vel scientia haberet relationem transcendentalē ad creaturas, necesse esset ut si creature quæpiam, v.g. musca, esset impossibilis, Deus etiam esset impossibilis: consequens illud admitti nullo modo debet: ergo nec debent admitti relationes

A transcendentalē in omnipotentia & scientia Dei ad creaturas, per quas explicantur. Maiores aduersarij admittunt, & probari manifeste posse. Quoties terminus relationis essentialis est impossibilis, relatio etiam essentialis est impossibilis: si lumen est impossibilis, visio etiam lucis est impossibilis; nemo enim posset videre lucem, que nulla esse posset: si lumen esset impossibile, impossibilis etiam esset unio; quod est per se notum: sed creatura, v.g. musca, esset terminus relationis transcendentalis ad mortuam: ergo Deus est impossibilis, posito quod musca sit impossibilis, si Deus habeat relationem transcendentalē ad creaturas.

B Sola ergo minor primi argumenti probati debet, quod videlicet dici non possit sine diuina iniuria, quod posita impossibilitate vnius musca, Deus secundum totam suam entitatem intrinsecè, secundum totum pelagus essentialē interminum, & secundum infinitatem iomensam attributorum omnium est simpliciter impossibilis. Hoc, inquam, probo primò, quia si posita impossibilitate musca Deus est impossibilis, Deus non est magis ens necessarium quam creaturæ: hoc nullo modo videtur verum: ergo Deus non erit impossibilis posito &c. Præterea Deus manet impossibilis & existens sublatō ^{co} _{ratio} à quo Dei existentia, & possibilitas non dependent in suo esse: sed Dei possibilias & existentia nullo modo dependent in suo esse à creature vñius possibilite: ergo licet impossibilis sint creature, Deus tamen manet impossibilis & existens. Probat ^{Secunda} ^{ratio} maior. Tunc verè aliquid ab alio dependet, quando eo sublatō, necessarij debet perire. Vñio v.g. pendet ab abiectione, quia eo sublatō debet perire. Radix pendet à sole, &c. ergo si Deus debet perire sublatā creaturā, Deus revera pendet à creatura.

C Deinde quamus creature omnes sint impossibilis, Deus tamen manebit omnipotens: ergo ^{tertiā} Deus non erit impossibilis, etiam nulla creature sit possibile. Probo antecedens. Omnipotentia est potentia faciendi ea quæ non repugnant: sed Deus haberet potentiam intrinsecam faciendi ea quæ non repugnant, quamus nulla creature esse possibile: ergo Deus esset intrinsecè omnipotens, quamus nulla creature esset possibile. Probo minorem. Illa omnipotentia, quam haberet tunc Deus, non oriretur ex parte Dei, sed solum ex parte creature, quæ tunc in se repugnare: ergo tunc Deus semper haberet potentiam faciendi ea, quæ non repugnarent.

D Confirmatur evidenter. Eodem modo scientia futurorum respicit futura, quo scientia possibilium, vel etiam omnipotentia respicit possibile: sed etiam peccatum Petri non est cras futurum, scientia Dei esset eadem intrinsecè & entitative: ergo si nulla creature esset possibile, scientia possibilium & omnipotentia eadem essent intrinsecè & entitative.

E Ratio ergo a priori est, quia Deus in suo esse est ^{Ratio} omnino independens à creaturis: sed nulla res in- ^{potest} dependens ab aliquo termino dicere potest ordinem essentialē ad illum terminum, cum ordo transcendentalis non sit aliud, quam essentialis dependentia vnius ab alio: ergo Deus non habet ordinem ullam transcendentalē ad creaturas.

F Ad primam respondeo omnes Dei perfectiones ^{Solutio} quæ respiciunt res creatas, includere necessario ^{primum} duo. Primum est intrinsecā perfectio immanens, quæ identificatur cum essentia Dei, & est summa pliciter

pliciter necessaria, inquit ipse Deus. Secundum est terminatio extrinseca, seu connotatio alicuius extrinseci; quæ connotatio in actibus & perfectionibus simpliciter necessariis, qualis est scientia possibilium, omnipotentia, est simpliciter necessaria; in actibus vero liberis, qualis est scientia fututorum & decreta libera, est contingens. Itaque omnipotentia considerari potest vel secundum perfectionem intrinsecam, quæ semper maneret, quamvis nulla creatura esset possibilis; vel secundum terminationem extrinsecam, quæ tunc non maneret. Hinc ad argumentum distinguo primum antecedens: si creature omnes sint impossibles, Deus nec esse potest, nec cogitari potest esse omnipotens secundum totam entitatem & perfectionem intrinsecam omnipotentiae, nego; secundum terminationem extrinsecam ad creaturem, concedo. Ad probationem distinguo maiorem: virtus activa est alicuius possibilis activa, secundum entitatem & perfectionem intrinsecam, nego; secundum connotacionem extrinsecam, concedo.

Prima instantia.

Instabis primò. Illa terminatio extrinseca nec esse potest, nec cogitari, si creature non sint possibles: ergo illa terminatio extrinseca ut sic est ordo transcendentalis ad creaturem possibilis.

Respondeo illam terminationem extrinsecam secundum totam entitatem intrinsecam, quam dicit in recto, esse posse & cogitari, quamvis nulla creatura esset possibilis; non posse esse, nec cogitari secundum totum illud, quod dicit in obliquo & connotatiue.

Secunda instantia.

Instabis secundò. Tunc aliquid pendet ab alio, quando non esse si non esset aliud: sed terminatio extrinseca omnipotentiae non esset formaliter, si nulla creatura esset possibilis: ergo illa terminatio penderet à creaturis.

Respondeo distinguo minorem: sed terminatio illa omnipotentiae non esset formaliter secundum id totum quod dicit in recto & entitatiue, si multæ creature essent possibles, nego; non esset secundum id quod dicit in obliquo & connotatiue, concedo.

Tertia instantia.

Instabis tertio: Omnipotentia Dei formaliter & adæquatè sumpta, secundum perfectionem intrinsecam, & perfectionem extrinsecam est virtus ad omnia: sed illa virtus est ordo essentialis ad omnia: ergo Dei omnipotentia formaliter & adæquatè sumpta est ordo essentialis ad creaturem.

Respondeo negando minorem; virtus enim ad omnia facienda, quando secundum totam suam perfectionem entitatiuam est independens à termino, est quidem relatio secundum dicti, non est autem relatio essentialis, quia quod refertur essentialiter, debet desinere esse secundum perfectionem intrinsecam, sublato eo ad quod refertur: lape autem dixi, quod si nulla esset creatura, Dei omnipotentia secundum perfectionem intrinsecam esset eadem, non esset autem secundum solam extrinsecam terminationem.

Solutio secundæ dubitatur.

Ad secundam eadem responso est: qui nihil potest facere, non est omnipotens, si ea impotens oriatur ex defectu perfectionis intrinsecæ, id est ex parte ipsius potentie, concedo; si oriatur ex defectu rei possibilis, nego. Similiter qui nihil scit, non est omnisciens, si nihil sciat ex defectu perfectionis intrinsecæ, quam scientia dicit in recto, concedo; si ex defectu obiecti scibilis, nego: tunc enim habet perfectionem intrinsecam omnisciæ, & omnipotentiae; sed non habet connotacionem extrinsecam.

Solutio

Ad tertiam respondeo, eo argumento probari

A etiam, quod scientia Dei etiam libera transcendentaliter refertur ab obiecta; si enim ego non loquor, Deus non vider me loqui. Itaque magna disparitas est inter actus creatus, & actum increatum Dei, quod actus creatus non sicut ens magis necessarium, quæ obiectum ad quod terminatur; id est specificatur ab obiecto, & sic ab eo pender, ut obiecto sublato, auferatur etiam actus ipse secundum totam perfectionem, & entitatem intrinsecam, quam dicit in recto; actus autem diuinus & perfectio increata sit ens magis necessarium quæ obiecta, quæ connotat; unde nec ab illis specificatur, nec ab illis dependet, sed tantum ad illa terminatur extrinsecè, adeò ut obiecto sublato maneat tota entitas & perfectio intrinseca illius actus, sola verò desinat extrinseca connotatio. Unde fit ut in actu creato non sint illa duo, entitas intrinseca, & terminatio extrinseca; quæ tamen in divino actu reperiuntur. Id est ad argumentum respondeo distinguendo maiorem: id est actus creatus refertur transcendentaliter ad obiectum, quia sine illo nec esse, nec concipi potest secundum perfectionem intrinsecam, quæ non est ens magis necessarium quæ obiectum, à quo pender & specificatur, concedo; quia nec esse, nec concipi potest secundum solam terminationem extrinsecam, nego. Pater autem quid dicendum sit ad minorem.

§. II.

Vtrum sint in Deo relationes predicamentales ad creaturem.

R atio dubitandi est primò, quia esse dissimilem, esse perfectiorem creaturis, esse dominum, esse causam actualē, sunt relations primi & secundi generis verè categoricæ: illæ proprie sunt in Deo: ergo sunt in Deo relations categoricæ.

Secundò: Deum esse dissimilem creaturis, esse perfectiorem, esse causam actualē, non est sola denominatio extrinseca, sed aliquid intrinsecum ipsi Deo, aliquo similiter illæ in creaturis essent denominations extrinsecæ: sed illæ non sunt denominations absolutæ in suo esse: ergo sunt respectuæ in suo esse. Probatur minor. Est dissimilem, esse perfectiorem, sunt ad aliud in quocunque subiecto sive non ad se; nemo enim sibi dissimilis est, nec se ipso perfectior: ergo sunt relatives in suo esse.

Tertiò: id est in creatis esse simile vel dissimile sunt relativa secundum esse, quia nec esse, nec concipi possunt nisi concepto alio: sed etiam in Deo non potest esse, vel concipi dissimilitudo nisi concepto alio: ergo est denominatio relativa secundum esse.

Dico secundò. Nullæ sunt in Deo relations categoricæ, aut quasi categoricæ ad creaturem. Ita docent Authores ferè omnes citati nuper pro relationibus essentialibus: contra Okamum & Scholam totam Nominalium, quos sequuntur Aucterà q. 25. sect. 5. Hurtadus disp. 15. sect. 2.

Ratio autem prima & fundamentalis est, quia Deus cum purissimus actus sit, quo nullus potest purior excogitari, nullius accidentis etiam metaphysici capax est. Unde argumentor. Actus purissimus, quo nullus purior potest excogitari, qualis est Deus, nullum habet, neque potest habere accidentis etiam metaphysicum: si habeat relationem aliquam categoricam ad creaturem, habebit accidentia metaphysica: ergo Deus nullas habet relationes

tertia dubitatio.

Prima dubitatio.

Secunda dubitatio.

Tertia dubitatio.

Conclusio negativa.

704 Philosophiaæ Peripat. Lib.IV. Disp.IV.

lationes categoricas. Probatur maior. Actus , quo A quo , vt dixi , differt à connotatione aut relatione nullus prior cogitari potest , est necessariò totum suum esse ; ideo nihil in se habet , quod non sit eius essentia : sed si haberet accidentis aliquod metaphysicum , haberet aliquid quod non esset ipsius essentia : ergo non habet ullam accidentis metaphysicum.

Secunda ratio ex ratione primi entis.

Tertia ratio ex Dei eternitate immutabili.

Secundò : relatio quælibet categorica supponit terminum suum ut priorem : sed nihil est in Deo , quod supponat creaturas , tanquam aliquid prius ; alioquin Deus non esset secundum se totum omnium primum , & maximè necessarium : ergo nulla relatio categorica est in Deo.

Tertio : si est in Deo relatio aliqua categorica , necesse est ut illa non sit æterna , sed ut in tempore illa incipiat esse in Deo ; relatio enim categorica non habet terminum nisi actu existens ; non est autem ab æterno illa creatura existens : sed implicat ut in Deo incipiat esse aliquid intrinsecum , quod prius non erat : ergo nulla relatio categorica est in Deo. Probatur minor.

Primo implicat esse aliquid in Deo , quod non sit ens à se : sed relationes reales de nouo aduenientes non essent entia à se ; quod enim est à se , necessariò est æternum ; nam probatur æternitas Dei per aseitatem : ergo non possunt illæ relationes incipere de nouo esse in Deo. Deinde quod aduenit substantiaz iam completa & ultimò terminata , est verum accidentis : relatio hæc temporanea adueniret substantiaz Dei completa , atque ultimò terminata : ergo illa est verum accidentis. Denique nihil aduenire potest intrinsecum substantiaz , quod illa non haberet prius sine intrinseca mutatione illius substantiaz : ista relatio in tempore adveniens est aliquid intrinsecum Deo ; relatio enim non est denominatio solum extrinseca , in

quo , vt dixi , differt à connotatione aut relatione secundum dici : ergo Deus verè mutatur , si relationem aliquam habet de nouo.

Ad primam respondeo distinguendo maiorem : esse dissimilem , perfectiorem , &c. sunt relationes categoricas primi & secundi generis in subiecto , quod est capax accidentis , & perfectibili per aliud , concedo ; in subiecto incapaci accidentis , & se ipso summè perfecti , nego ; in huiusmodi enim subiecto illæ non sunt relationes nisi secundum dico.

Ad secundam & tertiam eadem recurrit distinctione ; nam esse similem , esse causam actualē , in actu puro , & incapaci accidentis , pura sunt denominations extrinsecæ , aut relationes secundum dico : in subiecto capaci accidentium & potentiarum sunt verae relationes secundum esse.

Instabis . Deus non est perfectior & dissimilis creaturis per solam dictiōnē nostrā , sed per aliquid esse : non est dissimilis per aliquid absolutum , sed per aliquid relativum : ergo est similis per aliquid relativum secundum esse.

Respondeo distinguendo minorem : Deus est dissimilis creaturis per aliquid relativum Deo intrinsecum , nego ; Deo extrinsecum , concedo . Deus enim habet has denominations non ab aliqua denominatione sibi intrinseca , sed à relatione , quæ est in creaturis : sicut partes denominatio visus à visione , quæ est in oculo. Deinde dici potest dissimilis per aliquid intrinsecum absolutum secundum esse , relativum secundum dici . Deus enim denominatur dissimilis per intrinsecum absolutum , & per relationem creaturæ ; unde denominatio hæc , quatenus relativia , extrinseca est Deo , adæquatè verò sumpta , partim est intrinseca , partim extrinseca.

Et hoc sufficiat ad maiorem Dei gloriam.

INDEX